PAMFLET
1143

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

1143

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

I 927

ORATIO
PANEGYRICA
QVA GENERATIM FORTISSIMI PRINCIPIS MAVRITII, PRINCIPIS AVRIACI, COMITIS NASSAVII, &c.
Marchionis Veræ & Vliſsingæ, &c: laudes, ſpeciatim vero conflictus prope Neoportum pertractatur.

Recitata publicè in Athenæo Lugdunenſi Batauo,

A

NICOLAO KINSCHOTO DELPHIO,

9. Septembris, Anno 1600.



KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

HAGÆ-COMITIS,
Ex officinâ Alberti Henrici, CIↃ. IↃ. C.

4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

GRATVLATIO ET OMEN
DE
CLARISSIMÆ INDOLIS, SVMMÆ-QVE SPEI ADOLESCENTE,
NICOLAO KINSCHOTIO, CASP. F.

CERNITE PIERIDES veſtrum hîc, & GRATIÆ Alumnum,
Quàm citò ſublimi prodeat ille loco.
Quàm ſupra ætatem matura, & grandia tractet:
Pergite ei pleno fundere dona ſinu.
Si facitis, qui vix Adoleſcens tantus Alumnus,
Sive Cliens; olim jure Patronus erit.

B. Berl.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

ILLVSTRISSIMIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, PRVDENTISSIMISQVE ORDINIBVS FÆDERATARUM provinciarum Belgicarum.

EXCVSANDVM *mihi potiùs quam præfandum quod ego, vixdum quinti ſupra decimum anni metas egreſſus, fortiſſimi Principis noſtri laudes, geſta, & præcipuè nobiliſſimum hoc prope Neoportum prælium, doctiſſimorum certe præconio digniſſima, Latio primum ſermone contexere, & imbecillo hoc meo penicillo delineare auſus fuerim. Verum vt re bene geſtâ triumphantibus, non poteſt non eſſe, à quovis iucunda gratulatio, ſic non ingratam, patriam amantibus fore ſperaui, hanc noſtram, inter cæteras, fauſtam & lætam acclamationem, narrationem, & eorum qui in vtraq. acie pugnarunt recenſionem, adiectaſque VVerneri Saulhemij tabulas antehac nunquam editas, quibus Naſſauiorum res geſtas, ante annos trecentos deſcripſit. Quæ omnia cûm ex fide & veritate, (cuius robore omnis hiſtoria conſiſtit) quoad eius fieri potuit, hauſiſſem, voluerunt amici, vt ea publici iuris facerem. Quicquid autem hoc totum eſt, & quicquid in me eſt, vobis conſecrandum cenſui, vt cum veſtris auſpiciis laudandæ hæ res ſint geſtæ, veſtris quoque auſpiciis earum laudes, & præconia in lucem prodeant. Quid? quod & hæc iure quodam vobis debeantur? Nam ſi ſata & plantæ ſolo dicuntur cedere Ictis. Certè*

A 2 *hasce*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

haſce noſtras primitias, in veſtrâ Academiâ, & in veſtro ſolo natas, vobis veſtro iure debui. Quas hoc quidem cum voto vobis offero libens, vt Deus omnium rerũ moderator, vos veſtramque, benè conſtitutam Rempub. virtutibuſque florentiſsimam, in hoc ſtatu, quem exteri omnes mirantur, conſeruare, veſtraque conſilia, ad libertatis, & eccleſiæ Dei defenſionem, fortunare velit. Valete

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

SI eorum, quæ oratione tractantur magnitudo & præſtantia, non aliunde, quam ex eius, qui de iis diſſerit, ingenio ac dicendi copia penderentur, maximopere mihi pertimeſcendum foret, hodierno die in hoc auguſtiſſimo loco dicturo, ne ſplendor ac dignitas, maximarum, pulcherrimarumq́ue rerum, quarum explicandarum munus ſuſcepi, ingenij mei tenuitate & orationis inopiâ minuerentur. Dicturus enim de fortiſſimo, omniumq́; heroicarum virtutum genere cumulatiſſimo Principe, non iniuriâ commoueor animo. Vt enim oportet Nobilitatem, dignitatem, præſtantiam, reſque eius fæliciſſimè geſtas, verbis non dicam extollere, verum ſatis luculēter non poſſe me vnquam exprimere haud inficior. Ignoſcet igitur mihi tua illuſtriſſime Princeps clementia, Ignoſcet & veſtra Auditores benevolentia, ſi quod certo fore dubium non eſt, multa, quæ ad dignitatem tanti herois ſpectant, ſilentio prætermiſerim. Etenim quis vnquam tantus poſt natas muſas, fuit, eſt, aut erit orator, cui tantum ingenij flumen, tanta eloquentiæ vis, tanta benedicendi ars obtingat, qui in tanta laudum magnitudine pro dignitate & meritis talem principem, cuius fama & gloria orbis cancellis, vix terminantur, extollere ſatis queat? Atque ego quidem, non quaſi is ſim, qui aliquo modo, huic argumento, aut veſtræ exſpectationi in hac tenerâ ætate meâ, cum materia non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

iniuriâ, plus quam virum poſcat, ſatisfacere poſſem, hodierno die hanc cathedram aſcendi, verum vt id quod aliter non poſſum, ſaltem hoc quo poſſum modo Invictiſſimo Principi, grati debitum animi teſtimonium, inter fauſtas ciuium acclamationes, ſignificem, quod hoſtem Iberum crudeliſſimum, ſuo ductu, virtute, & vigilantia, à cervicibus noſtris propulſaverit, abegerit, fugaueritq́;. Vt autem quam poſſum id maximè oſtendam, fas mihi erit, poſt recenſitos maiores, quarundam antehac rerum ab ipſo geſtarum ordinis, laudiſque meminiſſe, & nouiſſimum hoc prælium, quo nullum hoc ſæculo, nobilius, memorabiliúſve fuit, quam maximè celebrare. A primâ igitur incipiam inclytæ domus Naſſuacæ origine. Ac familiam quidem hanc quotuſquiſque neget, ſi nobilitas in antiquitate ſita eſt, eſſe longè nobiliſſimam. Quinquaginta enim & duobus ante Chriſtum natum circiter annis eam floruiſſe teſtatur tam ſcriptis, quam factis clariſſimus I. Cæſar, cùm diſerte aiat: Treviros queſtum veniſſe pagos centum Suevorum ad ripam Rheni conſediſſe, qui Rhenũ tranſire conarentur, iis præeſſe NASVAM & Cimberium. Atque hoc quidem loco Naſuacum aliquem Principem deſignari, quid eſt, quod dubitemus, præſertim cum eos ex Sueviæ ducibus oriundos vetera monumenta teſtentur? Præterea ante annos circiter mille Walravum Comitẽ Naſſauiæ, Sonnenbergæ, & Lyborniæ, cum vxore

lib. primo de bel. gal.

Miner-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

Minerva Harciniæ, Aſcaniæ & Ballenſtedij domini, filia vixiſſe, ſatis eſt compertum. Nec non centum circiter poſt annis Geroldum Comitem Naſſauiæ, Sonnenberghæ, & Liborniæ, eidem familiæ, ducta vxore, Irmengardi, ſorore Beringeri (quem ad Chriſtianam fidem converſum, ex ſacro baptiſmatis fonte ſuſcepit, & Comitis titulo ornavit Carolus Magnus) legimus inſitum. Nec enim nos moveat, quod de primordiis nobiliſſimæ huius gentis, eiuſque continua ſerie, ſupra ſeptingenteſimum annum, parum nobis conſtet, cùm (teſte Tacito) literarum vſum Germani illi veteres non haberent, nec vllius rei memoriam monumentis conſignarẽt: facere enim benè Reip. quam ſcribere pulchrius ducebant. Ac recentiores, qui ſcripſêre in tantis rerum tenebris, nihil lucis afferre potuerunt, ſed à ſeptingentis annis, initio ab Ottone ducto, perpetuã gentis huiuſce ſeriem gradatim, ſumma cum laude, declaraverunt. Qui quidem Otto Germaniam à Pannonum iugo, ac excurſionibus vindicavit, cum anno adſertæ ſalutis 933. ſub Henr. Aucupe Imp. belli Pannonici præfectus quadraginta millibus eorũ cæſis, reliquis fugatis, Germaniâ populabundos Pannonas exegerit. Quid dicam de huius filio Walravo, qui Ottoni Magno Aucupis filio, in tribus nobiliſſimis bellis, Gallico, Bohemico, Pannonico, fortiſſimè militans, continuo virtutis niſu ad ſummum laudum faſtigium aſcendit? Quid de Roberto & Arnol-

Henninges in genealogiis.

in lib. de mor. germ.

Haranus.

Peucerus. Arnoldo, qui bellis, quæ geſſit Henricus quartus rebus pro imperio fortiter geſtis inclaruêre? Nec omittendus Roberti nepos, qui cùm Imp. Barbaroſſa in ſanctam expeditionem, ampliandi Chriſtianiſmi ſtudio profectus, *Haranus.* agmini ſexaginta millium militum præfectus, ipſi in tribus (ô ſalutare Chriſtianis bellum) præliis, quibus immanes Saracenos devicit, ſtrenuiſſimam operam navavit. Iam ex huius poſteris Comes Engelbertus, quam feliciter Maximiliano Imp. operam ſuam devovit! cùm iam fugato à Gallis ad Guinegatam equitatu, vacillantes pedites, in ſumma omnium deſperatione, adnitente ſimul domino Romontio, verbis & exemplo ſuo ita accenderit, vt hoſtem iam ex parte victorem fugaverint, ac novem Gallorum millia cæciderint, Qua quidem clade Ludovico XI. Gallorum Rege tam potente hoſte attenuato, Auſtriacorum res adeo ſtabilitæ, vt exinde iis ad magnitudinem, quam affectabant, via quam firmiſſima ſit ſtrata. hiſce tantis ac tam fortibus viris, vt ad quod dignitatum faſtigium pervenerint, recenſeam, accedit Adolphus Naſſovius, ob nobilitatem generis, & editum bellicæ virtutis ſpecimen, ſupremam in hoc terrarum orbe Imperatoriam dignitatem vnanimi principum conſenſu adeptus & Aquiſgrani à Senfrido Archiepiſcopo Colonienſi, miro totius Imperij gaudio, more maiorum, diademate Imperiali redimitus. De cuius viri fortitudine & rebus maximis geſtis, melius

Pontus Heuterus in rebus belgicis.

Carion in chronico.

Io. Cuſpinianus.

lius

lius duco tacere quam pauca dicere. Accedunt quinque *anno 1346*
ſacroſancti Imperij Electores, Gerlacus Imperij Can- *anno 1373* *anno 1389*
cellarius ac Archiepiſcopus Moguntinus, Adolphus, *anno 1460*
Ioannes, & alter item Adolphus eiuſdem dignitatis, & *1307. obijt. 29. Maij*
præter hos etiam Dietericus Naſſuacus Archiepiſcopus *anno 1473*
Trevirenſis. Atq. eiuſdem familiæ comes Engelbertus *12. Nouembris*
ſub Carolo Bellicoſo, iam ante Auſtriacorum in Belgio *1501.*
imperiũ, Brabantiæ ac Lymburgi, ac deinde ſub Maxi- *6. Ianuarij 1511.*
miliano & Philippo Cæſaribus, vniverſæ Belgicæ ſum- *28. Octo-*
mâ cum laude præfectus, Flandros & imprimis Bru- *bris 1513.*
genſes ſæpius rebellantes compeſcuit. Alterq́ue item *penult. octob. 1515.*
Henricus ſub Carolo quinto Brabantiam, Hollandiam, *Renatus anno 1541*
Zelandiam, & Friſiam feliciſſimè bellumq́ue fortiſſimè *Wilhel-*
adminiſtravit. Quem non minore virtute bellica ſecu- *mus 9. Au-*
tus filius Renatus Cabilonenſis, eiuſdemq́ue patruelis *guſti, anno 1559.*
Wilhelmus Hollandiæ gubernacula ſummo cum ho- *Engelbertus anno*
nore tractarunt. Quatuor hi heroes, & præter hos *1473.*
etiam Wilhelmi Auriaci, filius Philippus Wilhel- *2. Maij.*
mus in ampliſſimum ordinem Aurei Velleris, qui ho- *Henricus anno 1505*
nor optimè de Rep. meritis, conferri ſolet, vnanimi *17. Decẽb.*
collegarum ſuffragio ſunt cooptati. Iam pietas quæ *Renatus anno 1531*
ſumma & laudatiſſima principis eſt virtus, quanta in *4. Decemb*
Naſſauiis antiquitus enituerit, non ſolum ex tabulis *Wilhelmus 1556.*
Werneri Saulhemij, qui ante trecentos vixit annos, ve- *9. Auguſt.*
rumetiam ex templis & cænobiis quamplurimis, tam in *Philippus Wilhel-*
Germaniâ, quam in Belgica, ab iis, pro ſæculi iſtius mo- *mus 1600.*

 re,ex- *in Februar.*

re, exſtructis, & etiamnum exſtantibus, ſatis ſuperque eſt compertum. Nec degeneravêre poſteri, qui ex ingenita Naſſauiæ genti pietate, non ſine certo diuinæ prouidentiæ decreto, Religione ab erroribus repurgata & Euangelij ſole inclareſcente, Chriſtianæ militiæ in Smalcaldico fædere, vitam & fortunas devoventes, veram Religionem propagarunt. Si quid verò etiam ad nobilitatem conferunt connubia & affinitates quis ignoret matrimonia Naſſuacorum cum Angliæ & Bohemiæ Regum, cum Ducum Sabaudiæ, Saxoniæ, Lotharingiæ, Borboniæ, Auſtriæ, Bauariæ, Sueviæ, Brabantiæ, Iuliæ, Cliuiæ, Comitum Flandriæ, Hollandiæ & cæterorum plurimorum Principum filiabus? hinc ex vna ſeptem ſtirpes præpotentes, ac fæcundiſſimæ manavêre Gelrica, Wiſbadia, Dyllenburgia, Weylburgia, *Sar*bruccia, Beylſteynia, & denique Bredana Auriaca. Gelrici autem Gelriam cum Zutphania, per annos 336. & eo
Ab anno 1061. vſq. 1397. amplius, titulo primùm Tutorum, deinde cum nummos ſuos, variarum vrbium emptioni & munitioni impendentes, pomæria iſtius ditionis mirum in modum prolataſſent Comitum, poſtea vero Ducum, fælicisſimè rexêre: vſq dum ſtirpe maſculâ defectâ, per fæminam, quæ in Iuliacenſium familiam enupſerat, Gelrica ſceptra eiſdem deferrerentur. Cæteros deinde Comites, quorum plures immortalitate dignisſimi, ad ſummum laudum faſtigium ſunt eniſi, enumerare, ſuperſedeo,

quippe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

quippe ad quæ narranda citius mihi verba deficiant, quam materia. Vt igitur ad rem, nuperrimúmq. rerum noſtrarm̄ ſtatū veniamus, neminē veſtrûm, Auditores, ignorare exiſtimo, iuſtiſſimas, piiſſimaſque noſtri huius cum crudeliſsimis hoſtibus Hiſpanis belli cauſas. Nam cùm Hiſpaniarum Rex promiſcuè animas & corpora Belgarum perpetuo ſervitio addixiſſet, & inaudita Tyrannide pleroſq. Dynaſtas, & vltra octodecim civium millia promiſcuè gladio carnifici ſuſtuliſſet, conculcatis privilegiis, ne quid deeſſet extremæ ſervituti. Fataliter enituit ſapientia fortiſsimi Principis Wilhelmi, qui confiſus diuinæ dextræ, concordiæ vinculo ſociatis ſibi Optimatibus, armis tam iuſtis, quam fælicibus, Eccleſiam Dei & libertatē propugnavit, adeo ſecundo eventu, vt Hiſpanico iugo, brevi tempore excuſſo, liberarentur miſerrimi cives & libertati poſtliminio reſtituerentur. Verum infidi præ nimia potentia Iberi, cùm ſapientisſimū hunc Principem, excubantē pro ſalute ſuæ Reip. aperto Marte, ſuperare nō poſſent. Proh piaculū enorme, quod nulla non deteſtabitur ætas! Delphis, nefandâ morte, percuſſore regio, præmio 25. aureorū millium ad ſcelus per tabulas proſcriptionis invitato, facinus perpetrante, interemerūt Huic tanto Principi Philippus Wil- *10. Iulij, anno 1584*
helmus Comes Buranus ſucceſſiſſet, ni crudeliſsimi Ducis Albani iuſſu, contra Brabantiæ, Academiæque privilegia, ex ſtudiis Lovanienſibus, in Hiſpaniam, vi *anno 1568.*

captivus eſſet abductus. Filio ergo natu maximo ab hoſtibus detento, Tu illuxiſti, fortiſſime heros Mauriti, vt in ſumma deſperatione omnium Belgarum, tutelare ſidus, non ſine divina providentia, & patris & fratris expleres partes, & parentis necem, fratris carcerem vltricibus cladibus vindicares. Qui quamvis maiorum rebus geſtis, ſatis ſupra omnem fortunam clarus eſſes, creſcere tamen militãdo voluiſti, & adeundis belli periculis, ac manu cum hoſtibus cõſerenda, religionẽ veram & libertatem aſſerere, poſtpoſitis vitæ periculis & inſidiis nefariorum ſicariorum, non dubitaſti. In hanc enim ſpem te tantus heros educãrat, quippe qui te magis volebat, virtutum ſuarum, quam bonorum hæreditatem cernere. Idem in te eſt aſpectus, eadem in fronte grauitas, in oculis & ore tranquillitas: ſic index inſitæ modeſtiæ vultus, ſic teſtis ſermo Iuſtitiæ, qui ita prorſus paternas virtutes effingit ac repræſentat, vt patris in filio æquitas, ſenilis in Iuvene prudentia conſpiciatur. Immo eadem magnanimitas in dubiis, promptitudo in conſiliis, Iuſtitiæ cultus idem integerrimus. Pietas denique eadem in pura religione ſyncera. Hæc enim eſt, omnium noſtrorũ ſenſuum confeſſio, dolemus quod VVilhelmus exceſsit à nobis, ſed dum te cernimus, illum exceſſiſſe vix credimus: quanquam quid ego illum exceſsiſſe dico, cuius præclara & immortalia facta viuunt, & in ore omnium, oculiſq. verſantur. Quis enim

non

non dico reminiſcitur, ſed quis nõ adhuc quodammodo videt, quibus ille rebus ſtabilierit, auxerit, ornaritque hanc noſtram Remp? Atque iſtæ quidem virtutes, tibi fortisſime heros cum Parente communes ſunt, cæteræ tibi peculiares, & à ſublimi & heroica tua natura manant. Sciuiſti ſcilicet vires armis, arma diſciplina cõſtare, quapropter eam optimis ſancitis legibus reſtauraſti, & pro Reip. incolumitate novam inveniſti militiæ rationem, vt antiquam illam, ſeveramque, quam iactat vetuſtas, admirari deſinamus. Vidimus enim te ſæpe Princips magnanime, inter turbas militum, ſumpto ad tempus ſago, tanquam commilitonem, inſtruere aciem, vibrare haſtam, gyrare equos, & milites (quod prædicamus & prædicabit poſteritas) ad palum exercere, tanquam campi doctorem. Iam quæ tua nova & inaudita prudentia eſt in vrbibus expugnandis, caſtris metandis, commeatibus expediendis, pugnæ tempore & loco eligendo, aciem inſtruendo, denique clementia in devictos hoſtes? In hoc ergo cæleſtium virtutum concurſu, ſummum gloriæ columen aſſecutus, innumerarum victoriarum Trophæa ſtatuiſti, tam proſpero eventu, vt poſt opt. max. Deum omne virtuti & vigilantiæ tuæ, nihil fortunæ debeatur, ſed potius eius volubilitatem virtus tua moderata videatur. Ea enim geris quotidie, quæ vbi geſta ſunt, fidem amitterent, niſi ea magna cum admiratione oculis & auribus haurire-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

mus; Adeo vt appareat te divinitus ſuſcitatum, vt in ſinu tuo quieſcat Belgarum antea oppreſſa Reſpublica. Ac videamus quomodo Belgicam vindicare à ſervitute Hiſpana cæpiſti. Conſpeximus primùm prudentiam tuam in Bredanæ vrbis victoria, cùm nec officij aut pietatis erga parentem nec Senatuſconſulti Syllaniani immemor, de Bredanæ vrbis patrimonio recuperando deliberaſſes, eam ne vnquam quidem à te obſeſſam, vna nocte, nave ceſpitibus deſuper tectâ, tanquam equo Troiano cepiſti. Atque hoc illuſtrior tua victoria, quod minimo ſumptu, nulloq́. noſtrûm cruore, vrbem tantam, tam brevi ceperis, cùm decem annis vrbi Troianæ, multo ſuorum cum ſanguine Græci inſidiati ſint: hoc etiam inſignior, quod cùm vrbem vino, ſomnoq́. ſepultam ceperis, non vt Achivi eam penitus evertiſti, verum pœnæ moderans, vrbi ipſi, omnibuſq́ue civibus peperciſti. Teſtes ſunt præterea virtutum tuarum innumeræ aliæ civitates, & amplum ſatis fortitudinis, prudentiæq́ue teſtimonium, Vrbs Stenovicenſis, quam cum Hiſpanus octo annos tenuiſſet, ſex hebdomadarum ſpatio, (nil retardante vulnere) in deditionem venire coegiſti. Teſtes ſunt præterea magnificentiſſimæ vrbes Daventria, Zutphania, Couorda, opere naturaq́. munitiſſima munitio, quam etiã antea maximus Imp: Carolus Quintus, poſt diuturnam oppugnationem, & poſtquam à te capta eſt, etiam huius filij Philippi, Du-

4. Martij, 1590.

ces,

ces, cùm per ſex integros menſes, pluribus munitionibus & copiis cinxiſſent, tua vi ac virtute, te appropinquante, incenſis caſtris, turpi fugâ deſerere ſunt coacti: Tu tamen eam viris muriſque munitam, brevi vt dederetur compuliſti. Teſtes ſunt virtutis tuæ bellicæ, laboriſq́ pro Rep. indefeſſi, præter hæc nobiliſſimi, Neomagi, in quorum agro etiam antea munitionem Knodſenburgicam, mira dexteritate conſtruxeras, ad quam capiendam ſimul & diruendam, cùm Neomagum veniſſet ſagaciſſimus & excelſi animi Parmenſis princeps, tu de advētu eius certior factus, eum prope vrbem fugaſti, & quinque Equitum ſigna tuam in poteſtatem redegiſti, ac poſt vrbem ipſam, vt ſe traderet, coegiſti. Teſtis ſuper hæc excelſum & invictū Friſiæ caput Groninga, quam tu à multis quondā impetitam, obſeſſamq́. ſicut Annibalē Scipio, vinci poſſe primus docuiſti. Teſtis præterea Hulſta & turpiſſimè, Parmenſi à præſidiariis vendita S[ta] Geertrudiſberga, quam cùm obſediſſes, hoſtis Duce Comite de Manſvelt, maximis copiis, ſummâ vi, ad te caſtris expellendū contendit, verum cùm tu ferocibus eius minis, & aduentu multo minus territus, in obſidione perſeveraſſes, tuā in re bellica miratus ſimul, & veritus virtutem, aggredi te caſtrave tua oppugnare nunquā eſt auſus: atq. ita in conſpectu ſuo, cariſſimos ſocios, tuam in deditionē venire, ne motâ quidem ſemel Martis aleâ, paſſus eſt. Auget etiam tuam, Illuſtriſſime

heros,

heros, gloriam, Turnoutana (pugnam potius dicam an cædem?) victoria: in quam rectiſſimè illud Cæſarianum Veni, vidi, vici, detorſerim: citius enim te viciſſe, quam hoſti appropinquaſſe nunciatum eſt. Qua in pugna, ſingulari tua virtute, octo & triginta ſignis captis, ad duo millia militum & amplius, cum legato Comite VVaraxo cæſi, novem tantum ex toto noſtro exercitu deſideratis, Eodemque anno paulo poſt, trimeſtri tantum ſpacio (miremur fulmina dextræ) novem vrbes expugnaſti, Alpam, Rhenoberkam, Morſam, Grollam, Bredevordum, Enſchedam, Otmarſum, Oldenſelam & Lingam, citiuſne dicam, an fælicius? Morſam autem ac Lingam (quanquam extra Belgij fines ſitæ eſſent) tamen vti avitas earum poſſesſiones, tibi, tuiſque Iure dominij debitas, poſtliminiò recuperares, & incendium quod hoſtis ex iis locis minitabatur, reſtingueres, expugnaſti. Quibus tuis tam frequentibus victoriis, vt obſtarent hoſtes, ac integri, integris viribus te adorirētur, etiam cum Hiſpanici nominis iactura, pacē cum Chriſtianisſimo Gallorum rege iniverunt, atque evocatis è Gallia victricibus copiis, vniverſi belli molem, in te convertêre. Sed tu Magnanime Princeps, in Gelrica Inſula & Doeſburgi, cum exigua militum manu, ita iis reſtitiſti, vt abiecto, fæderatorum ſæpimenta penetrandi animo, in finitimos & exteros Imperij ſubditos, palantes exundare ſint coacti, qui ne porrò, vt cæperant,

rant, impunè in quoſvis, ſine vllo diſcrimine, graſſarentur, & latrocinarentur, arma in eos, tutandæ libertatis gratia, Germani ſumpſêre. Teſtis eſt adhuc inclytæ tuæ virtutis Bommelia, quam per totam æſtatem obſeſſam à crudeliſſimo hoſte conſervaſti, & poſt exercitum hoſtium ex inſulâ amotum, cum arce ibidem antea exſtructa, perpetuam ſibi in inſulam & poſtilla in Batavorum agros perveniendi viam ſe ſtruxiſſe exiſtimaſſent, arce illa primo veris tempore, nuperrimè obſeſſâ, ac poſt cum militibus ipſis præſidiariis, qui iam te Duce militant, in deditionem acceptâ, omnes hoſtibus in inſulam perveniendi vias interclusiſti. Supereſt eximiæ tuæ virtutis longè ampliſſimum teſtimonium, tranſmarina in Flandriam expeditio, periculoſiſſima ſimul ac ſtrenuiſſima. Quam quoniam talis, tantaque eſt, vt vix verbis exprimi queat, non ita mihi percurrendam cenſeo. Quid enim egero, ſi tanti principis laudes dicens præclariſſima eius opera prætererierim? Dabitis igitur mihi hanc veniam, Auditores, ſi paulo diutius noviſſimo huic prælio, quo nullum toto hoc ſæculo fuit nobilius, memorabiliuſve, inhæream. Tantas enim res ſilentio, vel parvâ commemoratione tranſilire quid aliud eſt, quam virtutem, quam diligenter colere omnes, plurimum debemus, ſepultam velle? Cúm igitur optimates, Libertatis Belgicæ vindices, in Flandriam, exercitum traiiciendum duxiſſent, ac poſt ſolennes ec-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

cleſiæ preces, in terram copiæ aſcendiſſent, primo ingreſſu obſtantes ſibi munitiones Philippinam, Boeckhoutam, et poſtea ex itinere Oudenburgum, Bredenam, Albertum, quam celerrimè Princeps noſter expugnavit; Snaeſkerkam, Nieuvvendamum ab hoſtibus turpiter deſertas occupavit, ac circa Neoportum itineribus mirâ celeritate cõfectis, omnibus munitionibus hoſtes feliciſſimè pellit. Quæ omnia cùm reſciuiſſet illuſt. Archidux Auſtriæ Albertus, per omnes ſuos præfectos & primipilos, celerrimè ex omnibus ciuitatibus, ditionibuſque ſuis, quam maximas potuit copias congregavit, ita vt Hiſpanorum, aliarumque nationum, vſque ad vndecim millia peditum, ſeptemque & decem turmas equitum mirâ celeritate Gandavum coegerit. Qui milites cùm delectum ibi egiſſent, magnâ alacritate, continuo itinere cum præfectis ſuis, ducente aciem Archiduce, vix minimâ noctium parte quieſcentes, ad caſtra noſtra tetendêre: obſtanteſq. ſibi cum præſidiariis arces, primo Oudenburgicam, deinde Snaeſkerckanam in deditonem recepêre, & ex his fidem principis manu firmatam, non ſervantes, in duas peditum inermes centurias, hoc prætextu, vt metum cædis quam maximum etiam caſtrenſibus noſtris militibus incuterent, inſolentem lanienam exercuêre. Miſſis igitur Gandavum, ad eventus auidiſſimam Archiducem, præſidiariorum ſignis, recta ad noſtrum exercitum pergunt. Verum periti ſſimus

tiſſimus rei militaris heros Naſſuacus, vbi præter opinionem, tam cito, tantiſque copiis, hoſtes adeſſe de nocte cognovit, ex re conſilium captans, albeſcente cælo, duo millia peditum, cum quatuor turmis equitum, & duobus tormentis bellicis, ductore patruele ſuo Comite Erneſto, vt pontem prope Leffingum pagum, occuparet præmiſit. Verum eo iam paulo ante ab hoſtibus occupato, infracti animi Erneſtus dux ipſum vt retardarent, donec vniverſus exercitus accederet, ſuos hortatur, ac tormentis duobus, quæ ſecum duxerat exoneratis, & diu ſuſtentatâ acie, hiſpani cunctis eniſi copiis, noſtros pauciores, non animo, non virtute victos, vi pellunt, viamq́.ad caſtra ferro ſibi patefaciunt. Cæſis pleriſque Scotis & Mattiacis, eorumq́. Centurionibus, ne quidem ſe dedentibus in deditionem acceptis: multiſq́. in fidem acceptis, fide non ſervata, gladio tranſactis: Tribuno tamen vtroq. cum Comite Erneſto, hoſtiles manus evadētibus. Quâ victoria, iam magnâ exercitus noſtri parte vel cæſa, vel diſiecta elati, ac exultantes Hiſpani ſe itineri accingūt, iurantq́. ſe reliquos omnes enſe promiſcuè meſſuros. Brugenſes autē & Gandauenſes, cæteriq́ hiſpanobelgæ hoc audito rumore, acceptiſq́: pridie tam equitū, quam peditū noſtrorū ſignis, ex deditione Oudenburgica & Snaeſkerckana, ſummâ cum celeritate miſſis, gaudiū campanis annūtiare, tormenta laxare, victoriales ignes præparare, donec acceptâ clade, quid ſerus veſper

vehat, ac Triumphum ante victoriam præproperè non non eſſe canendum, didicerunt. Cæterùm Princeps noſter, vt hoſti iam per fælicem munitionum deditionem & pugnam ineſcato, ac intumeſcenti reſiſteret, copias in vnum contrahit, ac maiorẽ earum partem, quam celerrimè, portum Neoportenſem, recedente æſtu, vado tranſire, vna cum impedimentis, iubet, nihilque quod prudentiſſimi Ducis, ac acerrimi militis eſſet, prætermittens, vt loci & temporis occaſio maximè poſtulare videbatur, aciem inſtruxit. Erant eo tempore in exercitu, qui vallum ſubito extrui poſſe, quod iis, ſi hoſtis gravius vrgeret, perfugij loco eſſet, principem monuêre, verum is virtuti, & magnanimitati ſuæ indecorum id ratus, omnibus præfectis, ac gregariis militibus imperat ac reſpondet, ea luce ſe aperto Marte, collatiſque ſignis decertaturum, fortitudinem & arma pro muro & vallo habenda, & quo cuique minus formidinis, eo minus eſſe diſcriminis. Magnus eo tempore, tum iis qui in expeditione erant, tum etiam illis, qui in vrbe Oſtenda terror, magnum vulnus impreſſum eſt: nam quid omnes timuerint, quæ optimatum, quæ populi trepidatio, propter ſocios in arto ſalutis, exitiique hærentes confinio, neque mihi exprimere vacat, neque cui vacat, poteſt. Enimverò cum iis dimicandum erat, qui non libertatem, non ſalutem, non ſecuritatẽ noſtram, ſed interitum, mortem, ſervitutem concupiſcebant.

Hæc

Hæc cùm omnes ſolicitudo premeret, interea hoſtis ad ſextum Nonas Iulias, multo maioribus copiis, quam Principi noſtro ex clade matutina, reliquæ erant, in littus advolat, tanto ardore, furore, ac ſui confidentia, vt omnes noſtras copias, vno halitu, veluti ventus folia, ſe diſſipaturum, ac in fugam coiecturum exiſtimaret, certoq́. omnium noſtrorum cædem, ſine vlla clementiæ ſpe, ſibi proponeret. Erat iam tum oportunè admodum ad prælium inſtructus noſter exercitus: Igitur vbi nec detrectare certamen Naſſauium hoſtes animadvertere, tum demum ſtrepere tympanis, turbare tubis, omne littus, circum circa, horribilibus clamoribus implere, & Dux ipſe hoſtilis, non invtile exiſtimans, quamvis currenti equo calcar addere, ita eos monuiſſe fertur. Nunc tandem tempus illud adveniſſe, quod diu optaverant, vt cum callidiſſimo, vrbiumq́ue inſidiatore hoſte, in proprio ſolo, aperto Marte, prælij committendi copia eſſet: Irent memores nominis hiſpani, neu plus victoriam exoptaſſe, quam prælium expetiuiſſe, videri ſe paterentur. Hinc Naſſauius princeps, caput galea, manum gladio armatus, ſingulas turmas & manipulos circumiens, his ipſis verbis monuiſſe, atque obteſtatus fertur: hoc agite Commilitones. En locum, En diem, honori noſtro deſtinatum. In quo an cum laude viuere, an in mari cum ignominia natare malimus, eligamus. Vnicuique noſtrum aut duo hoſtium edendi, aut

di, aut marina aqua potanda. Quin potius, priſtinæ virtutis, victoriarumq́ue memores, libertatem, religionem, ab Hiſpanorum ſæuitiâ defendamus, Dominoq́ue cunctarum rerum moderatori fidamus, qui ſi modo viri eſſe velimus, iuſtiſſimam ſuorum cauſam, procul dubio eſt adiuturus. Interea inſultantibus hoſtium equitibus fortiſſimus Comes Ludovicus Naſſauius, cum intrepido præfecto Verio, ſuos cedere paulatim iubet, donec tandem eos intra ictum ſex maximar um machinarum, quæ ad id mirâ celeritate, Principis iuſſu, in litore locatæ erant allexiſſet, ibi tum maioribus iſtis glandibus, ita equos, viroſq́ue conſternaverunt, vt cum maximâ copiarum parte, arenariis collibus ſeſe abdiderint, ac ſub alis peditum ſuorum, tribus horis ſpiritum collegerint. Qua in fuga, porrecti & diducti ordines, ſagaciſſimo noſtro heroi, de viribus hoſtium iudicandi copiam dabant. Ac iam etiam allabente æſtu, cùm in campos circumiectos, maior exercitus pars, à littore eſſet ſubducta, cōſultanſq́ue Princpes, melius duxiſſet hoſtem oportuno loco operiri, quam depellere, aciem diſponit, ac colles quoſdam arenarios, prælio accommodos occupari, & in iis duo ænea tormenta collocari iubet: Ibi tum ſuos ſingillatim iterum compellat, monet, atq. obteſtatur, vt patriam, libertatem, religionem, ſe denique etiam & coniuges ab Iberorum crudelitate defendant. Sed iam

cun-

cunctantibus hoſtibus, Princeps eos ipſe aggredi iubet, miroque ardens confligendi deſiderio, expeditoque ſclopeto & ſtricto gladio, in hoſtes cum ſuis invectus, eos aggreditur: ſimulque tympana ſonant, ſtrepunt tubæ, iuvatur diſſono clamore ardor militum, ac tormentis vtrinque laxatis, magno impetu concurritur. Equites deinde noſtri vim hoſtium excipientes, loco pulſi cedunt, ſed ſtatim magna alacritate iterum erecti, equitatum hoſtium quidam perfringunt, quoſdamque vi captivos ex acie rapiunt, quos in conſpectu totius exercitus trucidant, ac ita diſiiciunt pleroſque, vt à ſuis diſtracti, Neoportum perfugerint. Et nunc hæ, nunc illæ peditum cohortes, ductu ſtrenui & belli peritiſſimi Comitis Solmenſis, munia miſſilibus plumbeis exequutæ, relictis bombardis, gladiis & haſtis rem gerunt, pro ſe quiſque id quod poteſt, trudit, ferit, franguntur haſtæ, roboat cælum fremitu virorum, medioque in ardore pugnæ, tubæ & tympana, tanquam dubio adhuc Marte, ſilent. Auſtrius vbi videt, noſtros contra ac ratus erat pertendere, advectus equo ad ſeditioſos, magna voce, hoc illud tempus, obliterandæ ſeditionis clamitabat, pergerent, properarent, culpam in decus verterent. Exarſêre animis Iberi, ſummaque vi, in noſtros impetum fecêre: ita vt turmæ quædam noſtrorum, tanto furori

hoſtili,

hoſtili, haud reſiſterent. Ibi tum Princeps Auriacus, qui nulli vnquam ceſſerat, conſilio, voce, manu, ſuis animum addere, detractoque capiti tegmine, quo magis agnoſceretur, obviam iis procedens, ſcirentne quis eſſet, rogavit? prehenſoſque ſingulos monuit, aut tum, aut nũquam alias, fortiter pugnandum, cùm fugæ nulla ſpes, neceſſitas in loco, ſola ſpes in virtute, vna ſalus ex victoria supereſſet, ſpiritum ſe quidem per virtutem malle fundere, quam in hiſpanica ſervitute, vitam trahere ignominioſam. Collectis igitur, ac diſpoſitis iterum viribus, hoſtem aggreditur, legitque virum vir, nec pedites rebus deſunt, quinque haſtatorum millia inter ſe condenſatis haſtis, magno certamine, hinc inde concurrunt, ſinguli pro viribus vrgere, cominus gladiis, punctim, cæſim ferire, alij pectori, alii capiti imminere, quidam in genibus anhelantes, quidam iacentes pugnare, nunc hi, nunc illi, incerto adhuc, & variante Marte, triumphum canere. Naſſauius in ſumma cunctorum trepidatione intrepidus, quoſdam equites à littore ſubduci, ac maximo labore, colles editiores tranſire iubet, ſimulque in hoſtem ducit (neque ægris, neque labantibus, vſquam deeſt, in acie verſari, laborantibus ſuccurrere numquam deſinit) quorũ impetu, hoſtium equitatus omnis turbatur, ac in fugam coniicitur, pedites nihilominus ſtrenuè rem gerunt, donec reverſi equites, in latera eorum, ſumma vi incurriſſent ac eorum

cuncos,

cuneos, tam in campis, quam in arenoſis collibus, mariſque littore, paſſim fregiſſent. Ibi demum vidiſſemus ardorem militum, quanto periculoſius certamen fuerat, tanto magis, vbi impulſa acies, fronſque laxata eſt, ſaluſque in pedibus collocata, cedentibus inſtare, quoſcunque aſſecuti occidere geſtiebant. Infertur ſtrages vndique, & ſævitiæ hoſtilis memores, cædunt, ſternunt, profligantque, & imprimis hiſpanos aſſecuti, cúm in ipſo prælio eorum multos concidiſſent, nil in fugâ magis iis pepercerunt, idque vnum metuebant, ne prius adveſperaſceret, quam omnes aut cæſi, aut profligati, aut capti eſſent: tantumque ſtragis edidêre, vt littora vicina, ſanguine redundarent, triumque millium ſpatio cadaveribus opplerentur. O ſecunda Quintilis lux, quantum quondam fortiſſimo Adolpho Imp. domuíque Naſſuacæ, cõflictus præproperâ feſtinatione detrimenti attuliſti, tam fæliciter eadem rurſus Principi Naſſuaco, totíque Reip. Belgicæ illuxiſti. Hæ nempe ſunt iſtæ, fuſi quondam ab Alberto Auſtriaco (quem perfidiæ in principem ſuum accuſare, quem Adolphi Naſſavij optimi Imp. paricidam & læſæ maieſtatis criminis reum dicere ſolebat Bonifacius Pontifex: Immò verò ſubſtitutionem Alberti in Adolphi locum à Septemviris factam, irritam eſſe pronunciabat) ſanguinis vindiciæ, quæ vt cunctis melius pateſcerent in eandem diem, qua illata eſt iniuria, eiuſdem vltionem, etiam in poſte-

Gerardus de Roo in rebus Auſtriacis lib. 3. Albertus Argentinenſis & Ioan. Auentinus in Annalibus boiorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

ros hoſce eius, incidere voluit, qui fruſtra nil facit Deus, effecitq́ue vt dies domui Naſſuacæ nefaſtus , hic quoque idem , profligato eiuſdem nominis gentili , feſtus eſſet atque fortunatus. At quam fortunatus? Ita certè, vt eo die in ſpem venerimus , & quemadmodum confidimus , veriſſimam adducti ſumus, nunc tandem luxatam hactenus rerum noſtrarum ſummam , ad priſtinæ ſalutis formam redigi poſſe , & eo etiam fælicior quod cùm vndique omnes noſtros Duces & milites hoſtes cinxiſſent (ad quod animos eorum devios, infeſtior Deus , & pereundi maturitas impulit) nec vlla elabendi ſpes eſſet, inſigni calamitate affecti fuiſſemus, ni viciſſemus. Sed erat tibi hoc quidem magnanime Imperator Naſſuace , largiter optandum, quippe cùm & naves vicinas , in quibus vna fugæ ſpes erat , abduci curaveris. Quod Arragoniæ Almiralius, aliiq́ue in littore circa Archiducem equo vecti, cùm vidiſſent, dixiſſe feruntur , longè illi aliam pugnæ rationem eſſe ineundam : Iam enim ſe cernere, noſtros non fugæ, ſed pugnæ avidos. Intellexit autem vir militiæ non ignarus , te vno hoc maximè offenſum fore , ſi tuis militibus, lubricum certamen, ſpes prompta fugiendi faceret: relaxata enim ſi fuerit acies , aut frons impulſa titubaverit , fiducia manuum ad pedes migrat. Sed tu bellicoſiſſime Ductor, ea demum prælia exoptas , in quibus omni fugæ ſpe

præclu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

præcluſa, extremâ neceſſitate vrgente, aut vincendum eſt, aut fortiter occumbendum. In hiſce autem prælijs, cumulatiſſimum Principis munus eſt, ſi manu ceſſet, non ceſſaſſe conſilio, ſed tu non ſegnior gerere, quam iubere, ſimul exercitus tuos monitu regis, opere iuuas, incendis exemplo. Idem conſilio prudentiſſimus, idem vbi res poſcat, manu promptiſſimus, Idem quoque tolerantisſimus, ſi aſperiora premant, & cùm ſeſe oſtendunt lætiora, acerrimus, inſtantisſimusque vrgere ſucceſſus. Quod hic etiam promptius, quam in cæteris expeditionibus feciſti, quoniam in præſenti tam ampla erat pugnæ merces, quam pugnator illuſtris. Quis non eorum qui tali prælio non interfuerunt, vt ſibi liceret ſpectaſſe, quæ eo die geſta ſunt, annum vnum de conſequentis vitæ ſuæ ſpatio, ſi fieri poſsit, ademptum velit? In eo enim quid fortium virorum virtus, & dextræ valeant, reipſâ cognitum, exploratumque eſt. Quas igitur laudes tibi MAVRITI, militibuſque tuis & Ducibus attribuemus, quæ paria eſſe veſtris meritis aliquo modo poterunt? Veteres quidem Trophæa cæſis hoſtibus erigebant, Imperatori Triumphum, militibus torques, phaleras, & coronas decernebant, ſed vobis qui non gloriæ ſolum, ſed præcipuè religionis, patriæ, & libertatis amore, fortiter pugnaſtis, maior honos tribui debet: ſed quis? e-

quidem me neſcire, non illibenter fateor. Quis enim tantam rem ſine minuendi metu proferat, cùm ſemper iuſtum minuendi metum faciant ea, quæ amplificandi ſpem ſua magnitudine ſuſtulerunt? Vos cùm omnes periiſſemus, omnes conſervaſtis, vos ſanguini, corporibúſque veſtris ob nos non pepercistis, cùm iam nuper in Flandriam bellum convertentes, ibidem communi noſtrorum omnium hoſti, tantam ſtragem intuleritis! O bellum ſtatim vt ſuſceptum fuit, optabile pariter, & maximopere pertimeſcendum. Tum demum vidiſſemus omnem Belgicam manus ſuppliciter Deo tendentem, ac firmiſſimum auxilium in tam arduo negotio exoptantem. O rem præclaram ſimul & formidoloſam! Quamvis enim & Duces delecti erant fortiſſimi, ac ſapientiſſimi, & invictus iis omnibus, Princeps præeſſet, flóſque omnis nobilitatis, in exercitu verſaretur, tamen eo magis metuebantur, ancipites bellorum caſus, quippe in hoſtili terra, inter omnia inimica (cum contra, omnia poſt tergum, & vndequaq. hoſti tuta eſſent, Flandris recentes milites & commeatus ſubminiſtrantibus) multis millibus à noſtro ſolo trans mare degebatur. Quod ſi quid aut propter vim tempeſtatum navigantibus, aut propter vim hoſtilem, in agro ſuo aduerſi nobis accidiſſet, parum ſpei fuiſſet, talem exercitum brevi denuo potuiſſe comparari. Verum in vanum opt. max.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

poteſtate, Duciſque noſtri dehinc induſtria, hic timor evaſit, reſpexit ad lachrymas electi ſui cætus omnium Dominus. Itaque quanto plus dedit, quam petebamus! rogabamus, vt exercitum in infeſta terra conſervare dignaretur, quod ſi caſtella vrbéſque quædam captæ, aut in deditionem acceptæ eſſent, abundè omnes non exſpectationi modò, verumetiam votis ſatisfactum fore arbitrati fuiſſemus: tantam autem victoriam, quis vnquam animo prævidere, ſperare, aut mente excogitare potuiſſet? Vt extra perfidam præſidiariorum Snaeſkercкæ internecionem, & copiarum Comitis Erneſti cladem, tantummodo mille ex noſtris deſideratis, amplius quam quinq. hoſtium millia cæderentur: vt quingenti & eo amplius caperentur: vt antiquâ ſtirpe nobilis Franciſcus Mendoza, Arragoniæ Almiralius, legatus exercitus, cum duobus caſtrorũ præfectis quos Mareſchallos nominant, multiſque aliis heroibus, Tribunis, & Centurionibus, ac tribus nobiliſſimis Archiducis purpuratis pueris (quos pagios vocant) Secretario, Medico, quatuórque corporis cuſtodibus, eiuſdemque tubicinibus, multiſque aliis domeſticis miniſtris, qui tamen omnes poſtea á Principe ſine lytro ſunt dimiſſi, in poteſtatem noſtram redigerentur: Vt vltra centum ſigna peditum, quinque equitum, & ſex tormenta bellica, præter duo alia, vna cum omnibus noſtrorum peditum ſignis, eodem die amiſſis, in manus noſtras veni-

rent. Vt ex tanta illorum multitudine, pauci pedites noſtrorum manus elaberentur, qui ſuis minimè exſpectatum tantæ cladis nuntium afferrẽt, quis vnquã noſtrûm, non dicam ſperare, ſed propemodũ optare auſus fuiſſet? Summâ igitur Dei benivolentia, cui (proh dolor) nunquam humana ſatis fidit fragilitas, Principiſq́. Mauritij, cui poſt omnium largitorẽ Dominum, hanc victoriam acceptam referre debemus, virtute & induſtriâ, tantum effectũ eſt, vt præter gregarios milites, pænè omnes hoſtiũ Duces, vt quiſq. præfectus, aut Tribunus, aut maior etiam dignitate in exercitu erat, primus caderet, aut caperetur. Ipſe autem Princeps Auſtrius, vix tandem, magnâ cum moleſtiâ, equo, armis, ſigillis, & monili ex pretioſiſſimis gemmis, illuſt. vxoris ſuæ effigiem repræſante, maxillam bipenni ſaucius, fugâ noſtrorum manus elaberetur. Tam decenti enim ordine, diſpoſiti erant anteſignani, haſtati, triarij, cataphracti, tyrones, & quicquid veterani erat robur exercitus, vt hoſtibus aciem turbare, aut perrumpere difficillimum foret. Ac primo quidem, Imperator, quantâ ſolertiâ ſubito omnes milites inauditâ antehac arte dextro pedatu, in gyrum collectos vno oculi velut nictu, adverſis in hoſtem vultibus, è littore in colles arenarios, atque inde in ſalebroſa & æqua loca, pro re nata, viciſſim ſubduxiſti? Quid quod paulo poſt, propinquo ſummæ rei diſcrimine, primo & graviſſimo hoſtium impetu, vniuerſis copiis ſuſtento: col-

lectis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

lectis deinde tuis, ſingulis eos cohortibus, ſingulari virtute es aggreſſus, laſſæq́. vni ſemper alteram in ſubſidio præparatã, provido conſilio ſubſtituendo, pugnam inſtaurasti, vſq dum recentibus eos cohortibus, omnino fatigaſſes? Ibi tum cedentibus eorum equitibus, totis pedites viribus vrſiſti, qui cùm fortiter adhuc, quãvis laſſi reſtitiſſent, nec adhuc terga obverterẽt, equitũ validiſſimas turmas, hiſpanorũ peditum latera, ſummâ vi incurrere iuſſiſti, atq. ita hoſtes conſilio, & virtute tandẽ profligaſti. Eant nunc & ad ſtatariũ prælium provocẽt, quem in aquis & foſſilibus vallis deliteſcere dictitabant. O victoria, & periculo & virtute ducis, ac militum, diuturnaque pugnâ inſignis, in qua quatuor integræ horæ, victorem à victo diſcernere non potuerunt! Laudatur meritò Annibal, rei militaris admodum peritus, quod inſigni in omni fermè prælio, ſtratagemate ſit vſus: Laudatur Africanus maior, qui & hunc bello ſuperavit, quod nunquam niſi aut egregia occaſione data, aut neceſsitate vrgente, pugnandum eſſe duxerit: cur non nos tibi tanto Duci, qui non vno ſtratagemate, ſed pluribus, non occaſione ſolum, ſed & neceſsitate vrgente, præliũ inivisti, maiorem honorem deferamus? Atq. his quidem Imperatoriis tuis artibus, cùm hoſtẽ cædendo, fortunas civium, vitam, libertatẽ, religionem deniq. liberali aſſerueris manu meritò apud antiquos, ſeveroſq́. iſtos Quirites, triumphalẽ tibi laureã, ex omniũ votis peperiſſes,

præſer-

præſertim cùm vltra quinq. hoſtium millia vno prælio cæcideris, & Hiſpanos, omnibus gentibus & famâ, & opinione virtutis bellicæ, ab antiquo, quaſi invictos habitos, aperto Marte, maioribus inſtructos copiis, eodem die, quo vicerant, tuæ invictæ fortitudini ſuccumbere coegeris. Tantas tamen ob res geſtas, nullum tibi honorem, aut triumphum, ſed ſummo omnipotentique Deo, ſupplicationes decerni voluiſti: & celebratur, meritò laudatiſſima illa tua, poſt tam inſignem victoriam oratio, quâ nihil tuæ prudentiæ, ſed omnia divinæ, quæ accidiſſent ſapientiæ tribuiſti, gratiasque Deo, madentibus genis, hiſce verbis egiſti: *O domine, quinam nos ſumus homines, & peccatores, quibus ad tui nominis gloriam & propagationem, tantum laudis, fælicitatisque, hodierno die es impertitus, Tibi gratia & gloria in æternum.* Ac paulo poſt perluſtrato pugnæ loco, inter cadaverum acervos, cum Arragoniæ Almiralio cænaſti, inſtantibuſque tenebris in obtenti campi ſignum, vtque victoriæ omnes numeros expleres, fixo ibi tentorio quieviſti. Erubeſcentibus & infrendẽtibus iſta clade hoſtibus, qui quod virtute evincere non potuerunt, Punicis figmentis obvmbrare conati, campos à ſuis obtentos, divulgarunt, ſcilicet quia Bruxellæ, non Hagæ, ſuſpenſa Trophæa, & vexilla numerantur, iique qui averſis vulneribus confecti, humum manibus & pedibus amplectuntur, victoriam reportare dicuntur. Sed de hac tanta celebrata-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

lebrataq́ue veſtra victoria, quem quæſo, aut quomodo Triumphum egiſtis? Inermes nempe piſcatores halecarios in mari deprehenſos (navibus eorum perforatis) retibus aut velis involutos, in altum præcipites dediſtis, vt hoc demum inaudito ſcelere (quod non ipſum eluat mare) veſtris in ſtatario Neoportano prælio interfectis parentaretis. Nos autem eos, qui non fugerunt, ſed ſteterunt, ac poſt innumerorum cadaverum exuvias, pugnæ locum inſederunt, deoque publicè & ſolenniter gratiis actis, triumpharunt, omninò victores eſſe exiſtimamus. O igitur vt veras, ita felices illas victorias, quibus religio orthodoxa latius ſpargitur, hæreſes, & fanaticæ ſuperſtitiones expugnantur, florent Reſpub. ſimul & privatæ, florent vrbes commerciis, navibus ad Indos & Antipodes, velificantibus. Florent Academiæ, viriſq́ue doctrinæ, ac vitæ ſanctimoniâ claris, effulgeſcunt. O ſanctos hoſce triumphos, per quos in Eccleſia indies pietatem creſcere, modeſtiamq́ue augeri videmus. Neque verò eos, nos tantùm, qui re benè geſta, incolumes ſuperſunt, omnibus honoribus debemus afficere, ſed & eorum quoque memoriam, qui hoſtibus in nos irruentibus, iter (anima ſimul, & ſanguine fideliter effuſis) corporibus occluſerunt, quique corpus anima, non ſtationem corpore reliquerunt, grato animo debemus amplecti. Etenim cùm veteres omnes eos, qui pro patria, aduerſis vulneribus ceci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

diſſent, laudari voluerint, quanto minus nobis eorum, qui pro patriâ ſimul & religione vincendo mortui ſunt, moriendoque vicerunt, eſt obliviſcendum? O fælices ſane, & beatos hoſce viros, vos cùm viueretis, patriæ ortum, nunc cùm cecideritis fortiter, patria vobis incolumitatem debet: vos cum lucis beneficio, patriæ obſtricti eſſetis, ſanguine veſtro, & libertatis vindicatione, eam vobis obſtrinxiſtis: vos cùm inter beneficia numeretur, in patriâ & religione mori, eo non contenti, vitæ paululum, quod ſupererat ei impendere, & pro iiſdem fortiter occumbere maluiſtis. Fortunati igitur vos milites, qui morte immortales vos feciſtis, quique ita vincentes, vt amplius vinci non poſſitis, in cælum evolaſtis. Quin etiam fuêre Romanorum multi, qui ſibi vltrò mortem conſciverunt, cùm proſpicerent, compertumque haberent, quo eſſent migraturi, eos ego, dimidio hominis metior, qui ſibi ſolis laborare ſtuduerunt; hos, qui aliorum fuêre, vt eſſent ſui, totos, integroſque homines cenſeo. Beata eorum vita, quæ tali morte concluſa eſt, beata mors, quæ tali vitæ principium dedit. Conſideravit ſcilicet & hæc immaturis militiæ adhuc annis, Comes Henricus Fredericus, Principis noſtri frater, qui ab eo monitus, vt tam teneris annis parceret, neu ſe in diſcrimen daret, cúm naui ſe pugnæ ſubducere facilè poſſet, tergiverſabundus, inſtanti fratri, *non verebor (inquit)*

eodem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

eodem patre natus, eodem loco tecum fortiter occumbere. O verum virtutis animum in tali adoleſcente, quem vix vnquam etiam in ſene reperias. Sed vt ad te, fortiſſime MAVRITI, mea iam rurſus deſcendat oratio, Beatos nos non ſolum Belgica, ſed & innumeræ aliæ gentes, tali Principe iudicabunt. Etenim quamvis diu nos fœderati Belgæ (abſit verbo invidia) religione, Iuſtitia, bello, & artibus iis, quibus communio populorum commercia exercere inſtituit, inſignes fuerimus, non tamen tantam Hiſpaniarum, ac cæterarum quarundam provinciarum, vim ſuſtinere potuiſſemus, niſi ſingulari noſtro commodo ac divinâ ſummi Dei providentiâ, te noſtrorum omnium gubernatorem accepiſſemus. Vt nemo mirari debeat, ſi lætitiam incredibilem, voluptatem incomparabilem, quam te gubernatore quotidie magis magiſque percepimus, dicendo exprimere non queamus. Quis in Reip. ſalutem, noctu dieque (abiectis reliquis curis) defixa mente intentior? Quis minus ſibi indulgentior, cum ſpretis deliciarum illecebris, & privati commodi avocamentis, hoc vnum agis, vt te totum patriæ dedas & devoueas, corpuſque pro nobis, hoſtium mucronibus obiicias? Quis in caſtris te vigilantior & ſagacior? Quis non te in obeundis belli muniis, fælici vnione, & vt ducem admiretur, & vt militem laudet? Cùm denique in otium hybernum ſecedis, quis te magis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

negotioſus? Quare cum exacta viuendi diſciplina, tuos fortiſſimos velles, robuſtiſſimos agnoſceres, periti ſſimos efficeres, & hanc Rempubl. optimatum prudentia, optimis temperatam legibus gubernares, pulcherrimis gloriæ titulis exornares, nihil tamen benè proceſſurum tibi confidebas, niſi dicta, facta, cogitationes, ad ſupremi numinis voluntatem, gubernationemq́ue deferres. Macte ergo hac pietate & virtute, princeps illuſtris, & quemadmodum hactenus, ſingulari tua virtute & vigilantia, nos ab hoſtium tyrannide tutus es, ita iis iam profligatis, & eliminatis, Tu qui te Chriſti militem reipſa profiteris, ſocios ſub iugo Tyrannidis Hiſpanicæ ſuſpirantes, libertati reſtitue. Vides enim quanta Dei opt. maxim. nunc erga te, tuoſq́ue ſit clementia, cùm multas præclaras & fælices tuas victorias, hac glorioſiſſima coronare voluerit, vt te tandem in vera virtutis facie, toti orbi ſpectabilem, ac ſuæ cauſæ Triumphatorem exhiberet. Quamobrem manet te ſemper ſuperſtitis æternitatis honorarium, ac nunquam interiturum præmium. Etenim ſi apud Gentiles Philoſophos creditum eſt, omnibus qui Remp. auxerint, certum eſſe in cælo definitum locum, in quo beati, ſempiterno ævo fruantur, tibi cum Chriſtianam hanc Remp auxeris, iuveris, defenderis, & ſtabiliveris, & iam ſub viridi iuventa, varias, celebrataſq́ue victorias, quas longo etiam ævo obtinuiſſe

nuiſſe fuiſſet glorioſum, reportaveris, Quas non beatorum ſedes, quæ non cæleſtia loca parata credemus? Scio Princeps invictiſſime, multos tibi titulos deberi, ſed nullum illuſtriorem, ac diuturniorem exſpectare poteris, quam omnino aut te illum eſſe, aut præterea mortalium neminem, quo Duce, quo Imperatore Chriſtiana plebs ex diris & efferatis Hiſpanorum manibus aliquando eripiatur. Nos ſupplicibus precibus à te interim ad Dominum converſi, animo tuo ad recta tendenti, auxilium & robur expetemus. Æterne omnium genitor, ipſe non genite, opifex & cauſa mundi, principio antiquior, fine diuturnior, qui templa tibi & aras, penetralibus fidelium mentibus condidiſti. Tu Principi Naſſuaco, eam hactenus poteſtatem es largitus, vt crudeliſſimos Iberos à iugulis & cervicibus noſtris depulerit, vt vim vi vicerit, audaciam virtute repreſſerit: Incute idem eam ipſi vim ac virtutem, vt quæ ex prudentiſſimorum optimatum conſilio, ſuſcepit fortiter, adminiſtravit hactenus conſtanter, ea quoque ad finem liceat perduxiſſe fæliciter. Tu Domine rerum omnium arbiter, immitte eam mentem principibus ac populis, qui in hanc ſocietatem non venêre, vt id primo quoque tempore facere maturent, non quod tu, qui omnia potes, eorum opera, ad hoſtes obterendos egeas, verum vt omnes, qui tuo nomine gloriantur, in partem aliquam eius gloriæ veniant, quæ ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

nominis & cultus tui propagatione capietur. Largire id nobis tandem Deus, vt domitâ ambitione Ibero-Auſtriaca diu floreat, quæ fuit ſurculus, arbor Auriaca, vt ſub eius vmbrâ, religionis & libertatis ſtudio, quieſcentes tandem cives, hoſtium ferociam nil metuant, teq́ue ex præſcripto tui verbi colant, ac venerentur, ac religionis pomæria, magis magiſq́ue propagent, ad tui ſempiterni nominis gloriam, Eccleſiæ dignitatem, & fidelium conſervationem.

DIXI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

En tibi Lector, Catalogum Principum, Heroum, Tribunorum, Centurionum, qui prælio prope Neoportum commiſſo, vtrimque interfuerunt. Nomina autem eorum vulgari & genuino Idiomate exprimere maluimus, quam tranſlatione & terminatione Latina tibi tenebras offundere.

*Cæterùm cui præpoſitum hunc aſteriſcum * videbis eum in ipſo prælio interfectum, velim non ignores.*

IN EXERCITV ORDINVM FÆDERATORVM ERAT.

DIE Hoochgeboren Vorſt ende heere MAVRITZ, geboren Prince van Oraengien, Grave van Naſſau, Dietz, vianden, Catzenellebogen, Marquis vander Vere ende van Vliſſingen, Heere ende Baron vanden Grave, ende vanden lande van Cuyck, vander Lecke, ende van Polanen, etc. Gouverneur ende Capiteyn generael over Gelderlandt, Hollant, Zeelandt, Vtrecht, Overyſſel, ende vande reſterende Steden ende Sterckten, ende Landen in Brabandt ende in Vlaenderen, Admirael vande Nederlanden.

vergheſelſchapt met

Graef Fredericq Henrick van Naſſau, zijns Ex^cies broeder,
Iohan Adolff, Hertoghe van Holſteyn,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

Ioan Ernſt Furſt zw Anhalt,
Graeff Ernſt van Naſſau Collonel,
Graeff Lodewyck generael vande Cauaillerye,
Graeff George Everhard van Solms,
Graeff Frederick van Solms,
Graeff Aelbrecht Ott van Solms.
Graeff Heyndrick VVillem van Solms,
De Grave van Collignij, Heer van Chaſtillon,
Milord Grey,
Iuſtinus van Naſſau, Admirael van Zeelandt,
Oliuier vanden Tympel, Heer van Corbeque, Overſte vande Iuſtitie Militaire,
Peter Vryheer van Sedlnitzky, Sergeant Maior vant Veltleger,
Seyne, Heere van Dort, Quartiermeeſter.
Met den Heeren, Edelluyden, Officieren, ende andere vande Domeſticquen ende ſuyte van zijne Excellentie.

Summo mane albeſcente cælo, 2. Iulij, Princeps Mauritius Leſſingum miſit hoſce ſequentes, vt hoſti viam intercluderent.

Graeff Ernſt van Naſſau, Colonnel, met

1 *Den Heere van Rizoir, commanderende over zijne ende drie andere Compaignien ruyteren,*
2 *De Heere van Merwede,*
3 *De Compaignie vande Heere vanden Tympel, ende van Corbeque, met zijnen Lieutenant Beringen.*

Ende

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

4 ende Stakenbroeck.

1 Met den Collonel Charles vander Noot , commanderende over ſeven Compien voetvolcx van een Zeeuſch Regiment.

*2 * Ingenhaeff namaels gheſchoten voor Iſabella,*

3 Turqueau,*

4 Prince deur zijnen Lieutenant,

5 VValraven,*

6 La Grappe,*

7 Rolle,

1 Den Colonnel ende Ridder Edmont met twaelf Compaignien Schotten,

2 Brog deur Lieutenant,

*3 *Stenart,*

4 Caddel,

5 Barclay* } Vterque in deditionem acceptus, fi-
6 Andries Murray* } deq́. non ſervata, gladio tranſactus.

7 Kilpatrick,*

8 Hinderſſon deur zijnen Lieutenant,

9 Michiel,*

10 Nijsbeth,*

11 Kar deur zijnen Lieutenant,

*12 *Strachen.*

Prima acies, quam duxit Comes Ludovicus Naſſauius, præfectus equitum.

In eene troupe.

1 De Compaignie Ruyteren vande Guarde van zijne Excie be-

 leydt

beleydt by VValraven van Gent,

2 *Graeff Henrick Fredericq van Naſſau, zijns Excies broeder,*
* *beleydt by Bernaerdt,*

3 *Graeff Lodewijck van Naſſau voornoemt.*

4 *Godert van Bertenborch.*

Ende inde tweede troupe gecommandeert by Marcelis Bacx,

1 *De Compaignie vanden voornoemden Marcelis Bacx,*

2 *Pauwels Bacx deur zijnen Lieutenant Hans Sixen,*

3 *La Sale,*

4 *Pierre Panier.*

Peditum centuriæ quibus præfuit Franciſcus Verius, eques auratus & præfectus Anglicarum centuriarum,

Nicolaes vander Aa, Capiteyn vande Compie vande Gaurde van zijne Excellencie.

De Compaignie vande Grave van Hohenlo deur Hopman Strijthorſt.

Enghelſche.

1 *De Compaignie Colonnelle vanden Ridder Franchoys Veer,*

* 2 *Iaxley Sergeant Maior,*

3 *Denis,*

4 *Daniel Vere,*

5 *Homwod,*

6 *Hammont,*

7 *Ogle,*

8 **Tyrrel,*

9 *Farfax,*

Den

10 *Den Ridder Caliſtenes Brock,*
11 *Foſter,*
12 *Garnet,*
13 *Holcroft.*
1 *De Comp*[ie] *Collonelle ende tRegiment van Horatio Veer,*
2 *Sutton, Lieutenant Colonnel,*
3 *Pietſielt commanderende de Compaignie vanden Ridder Thomas Knoullis,*
4 * *Pirton,*
5 *Cicil,*
6 *Morgan,*
7 *Metkercke,*
8 *Schot,*
9 *Vauaſour,*
20 *Caius Hartewicſon,*
11 * *Duxberi.*

Vrieſen.

1 *Taco Hettinga commanderende,*
2 *Den Baron van Sidleniſky deur zijnen Lieutenant,*
3 *Caſpar van Euſſum deur zijnen Lieutenant,*
4 *Michiel Haghe,,*
5 *Frederick Groneſteyn,*
6 *Hans van Oſthem,*
7 *Hans de Vries,*
8 *Hans Zageman,*
9 *Quirijn de Blauw,*
10 *Edſart Groneſteyn,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

11 *Ian Kijf,*
12 *Egbert Honing,*
13 * *Holſteyn,*
14 * *Aſſuerus,*
15 *Gerrit Schay de Ionge,*
16 *Arnſma,*
17 *Ripperda.*

Media acies, diſtincta in duo agmina Equitum, & tres Legiones (Regimenta vocant) peditum, cui & poſtremæ aciei, præfuit Georgius Everardus Comes Solmenſis.

Inde eerſte troupe vande Ruyterije, gecommandeert by Graeff Frederick van Solms.

1 *De Compie Cavaillerije van Grave George Everhardt van Solms,*
2 *Grave Fredericq van Solms,*
3 *Ian Bacx,*
4 *Iooſt VVyerich Clout.*

Ende inde tweede troupe

1 *Godert van Balen,*
2 *Franchoys Veer deur zijnen Lieutenant Cicil,*
3 *Cicil.*

Tvoetvolck.

1 *Eerſt t'Regiment van Graeff Fredericq Henrick van Naſſau,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

ſau, ghecommandeert by Daniel van Harteyn, Heere van Mar-
quette zijnen Lieutenant Colonnel.
2 * Ian de Bou.
3 Anthoine de Sauce,
4 Franchoys Marly,
5 Franchoys Mareſchal,
6 Philippe de la Lou,
7 Ian Nemmery
8 Inneſſe Durant,
9 Gabriel de Nouuelle.

Switſers.

1 Hans Kriegh van Ballichon,
2 Hans Sas van Vnderwalden,
3 Hans Meyer van Surich,
4 Guilliaume du Puys.

Franchoyſen in twee Bataillons ghecommandeert deur den Heere van Dommerville, Lieutenant Colonnel, ende Capitain Duſſault.

1 De Compie Collonnelle vande Heere van La Noue, deur zij-
nen Lieutenant Dommerville commanderende.
2 Rocques deur zijnen Lieutenant,
3 Duſsault, mede commanderende over den tweeden battaillon,
4 * La Sunendiere,
5 * Mareſchot,
6 Hamelet,
7 Bruſſe,

8 Corimeres deur zijnen Leutenant, hy te voorens voor Albert gheſchoten zijnde,
9 Du fort,
10 Formentieres,
11 Vernevil,
12 Pont Aubert nae gheſtorven.

Poſtrema acies, quæ commiſſa fuit Oliverio à Tympel, Domino de Corbeque.

1 De Comp^ien Ruyteren van Duboys, commanderende mede over twee andere Comp^ien Ruyteren van
2 * Hamelthon,
3 George Conteler,

Voetvolck.

Tregiment van Graeff Ernſt van Naſſau,
1 De Comp^ie Colonnelle deur zijnen Lieutenant,
2 Huſeman Lieutenant Colonnel,
3 * Stael Sergeant Maior,
4 Maſſau,
5 Embieſen,
6 Cotwits,
7 Balthaſar van Euſſum,
8 Pithon,
9 De oude Compaignie van Graeff Ernſt deur Lieutenant,
10 Crimnits,
11 Andries Breeder.
12 Lucas Renſer,

George

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

13 *George VVeckerle,*

Tregiment vanden Colonnel vande Heere van Giſtelles,

1 *Sijne Compaignie Colonnelle,*

2 *Grave George Everhardt van Solms deur zijnen Lieutenant,*

3 *Aeneas van Treſlong,*

4 *La Mouillerije,*

5 *Langevelt,*

6 *Ruyſſe,*

7 *Floris van VVijngaerden.*

Tregiment van Colonnel Huchtenbroeck,

1 *De Compie Colonnelle van Huchtenbroeck, beleyt by Marlijn, Sergeant Maior van Tregiment van Noorthollandt,*

2 *Den Heere van Tympelgevoert met Belijn zijnen Lieutenãt,*

3 *Marlijn voornoemt,*

4 *Dierick de long,*

5 *Ian van Loen,*

6 *Rijſenburch,*

7 *Caluart,*

VVt de voorſchreven Regimenten was beſet

Tfort tot Oudenburch onder t'commandement vanden Colonnel Piron met

1 *De Compaignie Ruyteren van VVageman,*

2 *Vander VVel.*

Tvoetvolck.

De

1 De Compaignie Colonnelle van Piron,
2 Beury deur Lieutenant,
3 Giſtelle,
4 Dommicque,
5 Ian vander Horſt,
6 Maximiliaen Regniers.

Int Fort tot Bredenie commandeerde de Lieutenant Colonel Bruges, ende was beſet met zijne Compaignie van tRegiment van Giſtelles.

1 Cap. Allart Franchoys van tRegiment van la Nove,
2 Gilſon van tRegiment van Graeff Henrick van Naſſau,
3 Hans Bemart, Zwitzer,
4 Den Heere van Keſſel van tRegiment van Huchtenbroeck,

Tfort van Snaeſkercke was beſet (die daer na met verſcheyden ſoldaten vande beſettinge van Oudenburch boven t'appointement vanden eerſten der voorſchreven maent Iulij vermoort worden) met de Compaignie van

** Buſſigny van tRegiment van Piron,*
** Eyndhoven van tRegiment van Graeff Ernſt.*

Tfort van Nieuwendam, beſet met twee hondert en vijſtich mannen, uyt alderhande Compaignien, onder t'commandement van Bieury, Capiteyn vande Zeeuſche Regimenten.

Sequuntur ex ipſo Autographo deſcriptæ conditiones, quibus ſe dediderunt, præſidiarij Snaeſkerckani, ſed mox violata Archiducis fide, obtruncati.

Son

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

SON Alteze accorde au Colonnel Piron auecq la Cavaillerie & Infanterie, qui ſont preſentement au fort d'Oudenborch, a ſortir auec armes & bagage, la meſche eſteinte. Et ſi donne ſemblable appoinctement aux compaignies eſtans a Snaeſkercke. Laiſſant les drappeaulx & le pont en ſon eſtre, comme il eſt preſentemenr, & les ammunitions de guerre. Et au lieu quelque ſoldat fuſt trouuè des garnecons de St. Andrieu & Creveceur, ne ſeront comprins dedan ledict traicté. Faict au camp deuant le fort d'Oudenborch, ce premier de Iuillet 1600. ſoubſſigné, Albert, plus bas, Par ordonnance de Son Alteze, de Vaſſeur.

EXERCITVI HOSTILI INTERFVIT *& præfuit ipſe* ARCHIDVX AVSTRIÆ.

LECTOR mihi monendus es, vt cui præfixum aſteriſcum talem * videris, eum captivum ſcias, cui vero △ eum in ipſo prælio cecidiſſe, aut poſtea ex vulnere obiiſſe, memineris.

Ruyterije.

1 *Des Eertshertogens Compaignie, Cavallerije van Lanciers, onder tbeleyt van van Don Rodrigo de laſſo,* △

2 *Noch eene Compaignie harquebuſiers a cheual van zyne Guarde, onder den voornoemden de Laſſo,*

* 3 Franciſco de Mendoza, Generael vande Cauaillerije ende Admirante van Arragon, Lanciers,
4 Don Ioan de Bracquemont, Lanciers,
5 Don Ioan de Silua, Lances,
6 Don Philippe d'Arillano, Lanciers,
7 Don Ferdinando de Guevare, Cuiraſsiers,
8 Don Guillelmo Verdugo, Lances,
9 Conte Giacomo Belgioſo, lances Italiennes,
10 Caualier Vicomte, lances Italiennes,
11 Charle de Sangre, Lances,
* △ 12 De Grave van Salms van Ryferſcheydt, Cuiraſsiers du pays,
△ 13 Foreſt Eſcoſsois, Cuiraſsier,
14 Antonio Godert, Cuiraſſiers,
15 Simon de la Tere, Cuiraſsiers,
14 Michiel de Telles, arcquebuſier a Cheual,
17 Ioan, çepate arcquebuſier a cheual,
18 Nicolaes de Blijer, harquerbuſiers a cheual,
19 Franchoys le Roy, Harquebuſiers a cheual,
Ende ſes hondert Ruyteren vande gemutineerde van Dieſt.

Pedeſtre hoſtium agmen primum fuit, mille quingentorum Hiſpanorum, aliorumque ſeditioſorum Dieſtenſium, quod in prima acie, in littoris crepidine, vna cum ſexcentis equitibus ſtetit.

Drie Spaenſche Regimenten van Don Gieronimo de Monroy,

Caſpar

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

Caſpar çapena,
Luijs del villiar,
Don Alfonſo Daualos , Italiaens Colonnel , met twee Regimenten,
De Regimenten vande Grave van Buſquoy,
La Bourelotte,
Boſtocq,
Ende verſcheyden Compaignien uyt de Regimenten van Graeff Frederick vanden Berch,
Vanden Marcquis van VVarambon,
Grave van Barlaymont,
Den Heere van Barbançon,
Den Heere van Aſſicourt,
VVaer af zijn doot ghebleven,
Caſpar çapena, Colonnel,
La Bourelotte Colonnel, in Iſabella,
Met neghen en twintich Spaenſche Capiteynen, Ende vier Italiaenſche Capiteynen.

Sequitur interfectorum ex primoribus numerus (quantum quidem hactenus indagare potuimus) præter Tribunos legionũ (Colonnellos vocant) tres equitum præfectos, & novem & viginti Hiſpanos, & quatuor Italos centuriones, quos modo recenſuimus, interemptos.

Den Mariſchal van Montelunar, diemen ſeght Graef van la Fere
Den Baron van Plimoreul, ſone vanden Commis vande Finantien

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

Chaſſé,
De Heere van Ottingny, ſone vanden Preſident Richardot,
Don Diego de Torres,
Don Gaſpar de Loyaza,
Don Gonzalo de Eſpinola,
Don Iuan de Prado,
Don Garcia de Toledo,
Don Rodrigo de Toledo,
Don Lope Capata,
Don Alonzo de Carcano,
Don Lovys Faccardo,
Sebaſtian Velaſco,
Sebaſtian Doteloa,
Criſtoual Verdugues,
Matheo de Otovil,
Iuanetin de Caſanueua,
El Contador Alms,
De la Fontaine,
Valengin Bourgingnon,
Hopman Bernardt, Hoochduytſch,

Catalogus captivorum dignioris conditionis extr: quatuordecim Hiſpanos, novem Italos, octo alterius nationis Centuriones, & ſexcentos Gregarios milites, qui omnes quoque carcere detinentur.

Don Baptiſta de villa noua, Hoorn,

Don

Don Alfonſo Riquel, Delff,
Don Gonzalo hernandes Deſpinoſſa, Vtrecht,
Don Pedro ne Montenego, Haghe,
Don Philippe de Taſſis, Haghe,
Don Pedro de Velaſque, alfere reformè, Berghes,
Don Pedro de Lenſina Enchuyſen,
Don Antonio de Mendoza, Entremido, Berghen.
Don Franciſco de Torres, alphere de Don Diego Dobrigon, Berges,

Van t'huys van zijne Hoocheydt.

El Conte Carolo Rezin, page de ſon Alteze,
Don Diego de Guſman, page de ſon Alteze,
Mortier page de Son Alteze,
De Lacon Berghes,
Don Pedro de Montemaior, gentilhomme de ſon Alteze,
Doctor Andreas, Medecyn van zijn Hoocheydt,
Ian Verdugo de la garderobe de ſon Alteze,
Charles Volquon picqueur,
Scipion le Leon, fourier de ſon Alteze,
Pedro Ieronimo adioutante du fourier de ſon Alteze,
Franciſco Baſquis, Barbier de ſon Alteze,
Iacques van Riemen, Sadelaer de ſon Alteze,
Pierre Gotier, Cocq de ſon Alteze,
Nicolaes Rombouts, Viuandier de la Conert,
Diego Martines portero de ſon Alteze, Berghes,

Ioos vande Smiſſe, Archier de ſon Alteze,
Hans Root, Hellebardier de ſon Alteze,
Nicolaes Boon, Hellebardier de ſon Alteze,
Lenaert Prothel, Hellebardier de ſon Alteze.
Bartholomeo del Pio, Mareſchal de ſon Alteze,
Paul Redico Scriuano de la Guarde des lances de ſon Alteze.
Een Cornette,
Ende vijf vanen ofte cornetten, daer inne gherekent de groote vane der ghemutineerde,
Veertich vaendragers,
Ende hondert vijf vaendelen boven alle de gerecupereerde, die den ſelven dach den onſen vanden Vyant genomen waren,
Seven en dertich ſoo geappoincteerde als ghereformeerde Vaendraghers,
Alonzo fray de lordre de ſancto Franciſco de Paulo Religioſo,
Antonio Muſqueta, Religieux,
Martin de Larriategny, official de l'Hoſpial, Hoorn,
Iacob van Schoonhoven, gentilhomme de lartillerie, Berghes,
Iacques de Ponſelle, Timmerman van d'artelerie, Hoorn.

TABVLÆ

TABVLAE VVERNERI SAVLHEMI FRATRIS MINORITÆ ANNO 1314. CONSCRIPTÆ.

INdem namen der Helligen unverdeylten dryfaltikeit Gottes des Vatters und des Sones und des Helligen geeſtes Amen. Sijnt dem mael das die dinghe die inder zeijt gheſcheen beyde mit der zeit hien fallen vnd vergeſſen werden/es en ſey dan/ das ſie mit hulff der ſchrift beſtendich vnd behellig bleiven/ vnd nu vnzemlich vnd undanckbar ware das eijnich ehrlich vnd groſſadlich geſchlecht die Gode beheglich vnd ghefellig ſijnt geweſſen/ lichtlich van laſſheit wegen vergeſſen vnd verhelet wurden/ dar umb wult ich Broeder Wernher van Saulheym minor Vroeder ordens/nijt lijten das die Stifftunge buwe vnd begrebniſſe des Cloiſters Clarendail / vnd durch wene das gheſcheen seij / vergeſſen wurde/ ſunder ich wulte dieſſe geſchiechte nach aller jer ordenijnge in geſchriſt ſetzen / vnd ſagen dar umb die dinghe die wir mit augen geſehen haben/ vnd ſie wiſſentlich bekennen/davon mogen wir zeugniſſe der waerheyt gebē/ das onſer nachkommelinge gewar werden durch die geſchrift vnd lernen Gott zů loven in jerem gemute/voor die ſelen der Stiffter zů bitten vnd dieſſe ſache zů erzelen/So heben ich an in dieſſer nach geſchrieben wijſſe. Es was eijn Edeler her vnd Grave von Naſſauw ghenant Walram Grave Henrichs Sone van Naſſouwe/und ſijn Muter was ghenant Mechtilt eijns Graven dochter van Geldren/der ſelb Grave Walrame hatt viel gebroder und Sweſtern beſonder eijnen werlichen Broder genant Otto/mit dem deijlet er die Graveſchafft Naſſauw /und ander vatterlichs irbe / vnd name zu eijner hausfrauwen Grave Diethers dochter van Katzenellebogen ghenant Adelheyt mijt der gebair er viel kijnder en der ſelvē ſturbē eijndeels

vor dem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

vor dem Vatter vnd dar nach ſtarb Grave Walrame vnd verpleib ſiịn hauſfrauwe mit eiịner Dochter genant Richart vnd mit zweiſ-en Sonen/ Diether was der Eldeſt Sone/ vnd Adolff der jongſte/ Alſo nach tode Grave Walramen ubergab frauwe Adelheyt ſeiịn hauſfrauwe dieſſe werlt vnd leget ab allen werltlichen zierait vnd geſchmuck vnd dienet Gode und wart eiịn geiịſtliche frundinne der Broder Sant Franciſcus orden vnd groiſſe gutetherinne der ſelven/ vnd truge am eiịn geiịſtlichs kleiịdt der Beckiịnen mit jeren zweiịen dochteren vnd wonet im ſommer zu wiſſbaden vnd im wiịnter zu Mentze durch des helligen gots ampts wegen dar zu hoeren / vnd thete jer dochter Richard in das beſchloſſen Cloiſter Sant Claren orden wie wal off die zeiịt der orden Sant Claren was eiịn nuwe pflantzunge in der helligen Kirchen/ vnd ging vuerſchrecklich durch die liebde Gottes in den orden williglich vnd Grave Diether der Eldeſt zone ging ſunder wiſſen der Muter in das prediger Cloiſter zu Mentze/ vnd name den predigen orden an ſich / aber die Muter hett jen liever ghehabt in Sant Franciſcus orden den ſie ſunderlich liebet/ vnd nach folgens in kunfftiger zeit do wart Broder Diether eiịn Ertſbiſſchop zu Trier. Aber Adulff der jongſte zone pleib Grave zu Naſſau/ vnd irbet das lant vnd name zu elichen gemahel Graven Girlachs dochter van Lympurg genāt Imagina miịt der hatt er viel dochter vnd zone/ zu dem irſten gebar er eiịnen zone ghe-nant Henrich daer nach eē dochter genant Adelheiịten/ wilch doch-ter deth frauwe Adelheyt Graven Adulffs Mutter auch zu Men-tze zu Sant Claren bey jer dochter Riịchardis in ſchlieſſen. Dar nach gebar Grave Adulph eiịnen zone genant Ruprecht/ Dar nach eiịn dochter genant Imagina nach der Muter nach aber eiịn doch-ter genant Mechtilt/ Dar nach eiịnen zone genant Girlach / vnd eiịnen zone ghenant Adulph / vnd eiịnen zone genant Walrame/ Dar nach wie die kindere alle geboren waren / do ſtarb frauw A-delheyt der kinder / aufrawe vnd Grave Adulphs Muter zu Mentz vnd wart begravē zu Sant Claren durch her. Henrichem

Ertzbiſ-

Ertzbiſſchoff zu Mentze im gegenwirtigheyt des Doorluchtigen
Furſten Heeren Rudolffs Romiſchen Königs/der was van ghe-
purte eijn Grave von Habſpurg / vnd Her Henrich der Eertſbiſ-
ſchoff van Mentze was minor Vroder ordens eijn Leſemeijſter/
voorzeijten geweſſen im barfuſſer Cloiſter zu Mentze vnd frauwen
Adelheyden Beicht-vatter. Nach dieſſen dingen geſchach das der
obgenant Konnig Rudolff Romiſcher Keyſer van dieſer werlt
thoits verſchiede vnd die Churfurſten nach jerer gewonheyt ghen
Francfurt qwamen eijnen anderen Koning zu erwelen / vnd den
Eedelẽ manne Graeff Adulſen van Naſſauw vorgenant van zijns
adels vnd ſtarken vaſten gemuts wegen vnd auch van Miltikeit
tugenlichs wandels/in dem er alle andere vbertraff/uff Sant Jo-
hans tag genant ante portã Latinã Doman zalte nach Criſti vn-
ſers Herren gepurte 1292. jaere/ ſemptlich vnd eijndrechtichlich
zu eijnen Romiſſchen Konninge erweleten / Nach der ſelven erwel-
inge gebair jem die Koninginne Jmagina nach zwene Sone/eijner
Adulff / der ander Walrame genant. Als nu Koning Adulff in
Reich beſtetiget wart / Soo gaff Koning Adulff zijnen zone Ru-
pricht Koning Wentzelaus dochter van Beheym die hatt von
frauwe guten Keyſer Rudolffs dochter obgenant. Vnd Koniug
Adulff hatte eijn dochter ghenant Mechtilt die gaffer zu gemahel
Pfaltzgraff Rodulffen Hertzaugẽ van Beyern/deſſelvigen Pfaltz-
graven Mutter was Keyſer Rudolffs dochter. Nu ſtarb die doch-
ter van Beheym Grave Ruprechts huyſfrauwe ſeere jungk / vnd
Graeff Rupricht pleib in Deutſchen Landen bey ſijnen Vatter
Koning Adulffen van Naſſau / biß an des Konings ende / Dar
nach wart Graff Rupricht gefordeert das er ſult zu hilff komen in
eijnen ſtreidt ſijnen Sweher Koning Wenceſlao van Beheym des
dochter er gehabt hatte zu der helligen Ee. Alſoo bleip Graff Ru-
pricht in Beheym nach gehaltem Streit vnd ſtarb in ſijnen betthe/
vnd wart Chriſtlich vnd erlich begraven vnd gelegt bey zijn huyſ-
frauwe in die Koninckliicke begrebniſſe der Konninge van Beheim.

 Als

Als nu der Romiſch Koning Adulph van Naſſauw indem vierdem jaere ſins Reichs nach Koninlicher wirdekeit vnd mehrer der Criſtlichen Glaubens vnd als eijn Vatter vnd freunt aller geijſtlicheiſdt vnd zu der eere des almechtigen Gottes vnd Marien ſijner lieben Muter dar zu der helligen Junffrauwen Sant Claren vnd ſunderlich ſijner lieven dochter Adelheyt vnd ſijner Sweſter Richardis die beyde zu Mentze in Sant Clairen Cloiſter waren ingeſloſſen / hab der Konning Adulff an mit ſijner hußfrauwen zu bauwen das nuwe Cloiſter genant Clarendail in dem jaere nach Chriſti gepurte 1296. Purificationis Marie/ alſoo das der irſte ſteyne gelegt wart uff Sant Michaelis tag als er erſcheijne dar nach folgens durch Hern Lodwigẽ Vormunder des lants in namen vnd geheiß des Konings Adulphi vnd begabten das Cloiſter mit dẽ hofen vnd gutern zu morſpach zu Byburg vnd zu der armẽ Roehe die zy kaufftẽ vmb zwey tauſẽt margk bares goldes nach vßwijſinge der inſtrumente vnd brieve davon ſprechende/vnd wurden die obghenanten zwo Sweſtern Adelheyt vnd des Konnincks Dochter Richardis die zu Menze ingeſloſſen waren ghen Clarendail mit eijner dritten Suſtern ghenant Agnes van Siegeßberg nach des Könings d'hoit ghefuhert do ſelbſt furter mehe Gode zu thienen/ gleijcherwijſe als zwene irſte lebendighe vſſerwelte ockſteyne des Cloiſters vnd gotlichs geiſtlichs levens. Her nach gheſchach es als ſieben jare Koning Adülps regiment her an traten. Das was anno 1298. do qwame Hertzaug Albricht van Oeſterreich Koninck Rudolphi zone obgenant / mijt eijnen groiſſen folck an den Rijne vnd begert Romiſcher Koninck zu zijn/ widder Konning Adulffen van Naſſauw/ wilchen Hertzaugen Albrichten etlich der Kurfurſten vnd die ſelvigen dije em eijgener perſoon Koning Adulfen van Naſſauw erwelt hattẽ gar freuntlich ontfingen/ mit namen Her Gerrart von Epſtein Ertſbiſſchoff zu Mentze eijn Oeheym Koning Adulffs/der Hertzaug van Saxen eijn ſwager Hertzaug Albrichts van Oeſterreich/der Marckgraff van

Bran-

Brandenburg eyn Stiȷeff zone Hertzaug Albrichts obgenant vnd der Konning van Beheym / vnd ſtunden ȷem alleſampt bey mit ȷerem folck / vnd mit frevel on alle clage ader anſprache dieman in ſolchen dapferen ſachen zu rechten zeiten vnd gewonlichen Steten Hoeren vnd thun zulten / vnd erweleten Hertzaug Albrichten van Oeſterreich zu eiȷnen Romiſchē Konninge niȷt off der ghewonlichen ſtadt Franckfort / ſuuder zu Mentze in diergarten / beiȷdem d'hoem uff Sant Johans tag Baptiſte zu mit ſommer / dem ſelvigen erwelten Konninge Albrechten wulte Koning Adulff widder ſtehen vnd begegent ȷem mit ſiȷnen folck inder Terminy Wormpz zwuſchent Gillenheym vnd dem Frauwen Cloiſter ghenant Roſentail grae ordens / vnd wart daſelbſt Koning Adulff von Naſſauw von Hertzauch Albrechten vnd den ſiȷnen / d'wiȷle er zu viel mechtig im felde was erſchlaghen vnd in das ſelvighe Cloiſter begraven / Da laig er ſo langhe begraven als Hertzaug Albricht Konning pleib vnd in Reich regieret / Der ſelb Konning Albricht wart dar nach im zehenden ȷaere ſins regiments uff den meiȷtag von ſiȷus eiȷgens Broders zone ghenant Hertzaug Johans van Oiſterreich er ſhlagen in ſiȷnen lande vnd eiȷgen veſte Habſpurg genant / Alſoo das ȷem der loone wart vnd ghemeſſen wiȷe er an Konning Adulffen verthient hatte / Nach thode des Konnigs Alberti / wart der Edel Her Grave Henrich vō Lutzelnburg eiȷn frommer wieſſer manne zu eiȷnen Romiſchen Konnig erwelt endrechtichlich / der ſelb fromer Konning Henrich von Lutzelnburch der hieſz Konning Adulffen zu Roſentail uſz graven und ghen Spier do der Romiſchen Konnige begrebniſſe iſt foehern. Alſoo wart Konning Adulff in beyſin Keyſer Henrichs vnd ziȷner gemahel der Konniginne Margareten erlich vnd zierlich begraven. Vnd hatt es Gott alſoo gefugt das eben am anderen tage zu vor Konning Albricht zu Spiȷer was begraven wurden. Want er et wan lange an der Stadt do er erſchlagen wart / was liȷgen bliȷven umbegraben / Vnd der Edel Her Konning Henrich van Lutzenburch regie-

 ret das

ret das Romiſch Reich woil / aber leijder nijt lenger dan funf jae-re / Want eijn prediger Monche genant Bernhardus de Monte Policiano der vergab jem vuter dem helligen Sacrament des waren lichaems Jeſu Chriſti. Alſoo ſchiedt der frommer Konning van erden zu Gode in den Heijmmiel.

Vnd dieſſe dinge hab ick Broder Werner voorgenant zu eeuwiger gedechteniſſe geſchrieben in dem jare doman zalte nach Chriſti unſers Herren ghepurte Duſent drij hondert vnd vierzehen / Das wir aber nijt vndancbaer ſijn / ſoo begeere ich dat een iglicher der dieſſe geſchrift leſſet / Gott vnd zijnen lieb Muter ewigen Juffrauwen voor die perſonen vnd Stiffer voorgenant vud jer ſelen wulken getruwelich bitten / vnd ſprechen Pater noſter vnd Ave Maria.

Amen.

TABVLÆ

TABVLÆ VVERNERI SAVLHEMII FRATRIS MINORITÆ, ANNO 1314. *conſcriptæ & Latinè verſæ.*

In nomine ſanctæ indiuiduæ Trinitatis, Dei patris, filij, & ſpiritus ſancti, Amen. Quum rerum omnium, quæ in tempore geruntur, memoria, temporis longinquitate intereat, & obliuione deleatur, niſi litterarum beneficio conſervetur: ſummi certe dedecoris, & ingratitudinis eſſet, honeſtam, illuſtrem, Deo placitam, & acceptam familiam, eo modo obſcurari. Quamobrem ego frater Wernerus à Saulheym ordinis Minorum tolerare nolui, fundationis, exſtructionis, & ſepulturæ Cænobij Clarendalenſis, eorumque qui id faciendum curaverunt, memoriam oblitterari, ſed omnia potius ordine, prout geſta ſunt, in ſcripta mittenda, & enarranda duxi: cùm iſtarum rerum oculati teſtes fuerimus, et de iis quæ certo ſcimus, veritatis teſtimonium dicere liberum ſit: vt poſteritas per ſcripta eorum gnara & memor, ad Deum ex toto animo laudandum, & pro animabus fundatorum precandum, incendatur. Ac vt ad rem veniamus, hoc initium eſto: Nobilis Dominus, & Comes Naſſavius, nomine Walramus, patrē habuit Henricum Comitem Naſſaviæ, matrem Mechtildem filiam Co-

mitis Gelriæ. Dicto Comiti Walramo complures erant fratres & ſorores, præſertim vnus ſæcularis, nomine Otto cum quo Comitatum Naſſaviæ, cæteraq. patrimonia diviſit. Iunxitque deinde ſibi matrimonio Adelheidem filiam Dietheri, Comitis Cattemeliboci: ex qua multis ſuſceptis liberis (quorum quidam patris fata antevertêre) è vita exceſſit, ſuperſtitibus vxore, filiâ Richarde, duobuſque filiis, quorum natu maior Dietherus, minor verò Adolphus. Cæterùm mortuo Comite Walramo, vidua eius Adelheydis, ſæculo ſe abdicavit, poſitiſque omnibus ſæcularibus ornamentis & concinnitatibus, aſſumptoque vnà cum duabus filiabus ſacrarum virginum ſive beginarũ habitu, ſervivit Deo, & religioſè amans ordinem Divi Franciſci, magna in eum conferebat beneficia. Æſtivo autem tempore degebat Wisbadæ, hyberno verò Moguntiæ, vt illic officiis divinis intereſſet. Et quamvis tum temporis primum ordo divæ Claræ in ſancta Eccleſia nova eſſet plãtatio, filiam tamen Richardẽ in clauſum ſanctæ Claræ cænobium ingredi iuſſit, quę quidem intrepide & amore divino ducta, in dictum monaſterium cõceſſit, & ordinem libenter ſuſcepit. Comes autem Dietherus, maximus natu filius, Ordini prædicatorum, apud Moguntinos, inſciâ matre, ſe addixit, licet mater eum, ordinem Divi Franciſci (quem vnicè amabat) maluiſſet profiteri. Atque hic Dietherus poſtea ſucceſſu temporis in

Archie-

Archiepiſcopum Trevirenſem eſt electus. Verum minimus natus Adolphus, hæreditate accepta ditionis & Comitatus Naſſavici, duxit vxorem Imaginam, Gerlaci Comitis Lymburgi filiam. Ex qua multos genuit filios & filias. Ac primùm filium Henricum, deinde filiam Adelheidem (quam Adelheydis mater Adolphi Comitis, in eodem Diuæ Claræ apud Moguntinos Cænobio, in quo Richardis eius filia viuebat, iuſſit includi.) Dehinc procreavit Comes Adolphus filium Rupertum, filiam Imaginam matri cognominem, filiam Machtildem, & filios Gerlacum, Adolphum, & Walramum. Quibus omnibus in lucem editis, avia eorum & mater Comitis Adolphi Adelheidis, mortem obiit, Moguntiæ tumulata in cænobio Divæ Claræ, funerante Domino Henrico Archiepiſcopo Moguntino, funuſq́ præſentiâ ſuâ cohoneſtãte, illuſtri Principe Rudolpho Romanorũ Rege, oriundo ex Comitibus Habſpurgenſibus. Henricus iſte Archiepiſcopus Moguntinus, Minorum ordine quondam Moguntiæ aſſumpto, profeſſorem ſive lectorem in eorum cænobio egerat, fueratq́ue Adelheidi à confeſſionibus.

Poſt hæc cùm Rex Rudolphus Romanorum Imperator ex hac vita emigraſſet, ſeptemviri, more maiorum, alterius Regis eligendi gratia, Francofurti conventum agentes, nobilem illum virum Comitem Adolphum Naſſavium ſupra dictum ob generis nobilitatem

 fortis

fortis animi robur, liberalitatem, & vitæ integritatem, quibus cæteros omnes ſuperabat, Feſto Ioannis ante portam latinam, Anno à Chriſto nato MCCXCII. cunctis vnanimiter ſuffragiis, Romanorum regem renunciaverunt. Exin peperit illi, vxor Imagina Regina, adhuc duos filios, Adolphum ſcilicet, & deinde Walramum.

Cumq́ue iam Rex Adolphus in imperio eſſet confirmatus, filio Ruperthο, matrimonio vxorem iunxit, filiam Wecenſlai Bohemiæ Regis, & Iudithæ, Rudolpho Cæſare patre natæ. Eratq́ue Regi Adolpho filia Mechtildis, quam elocabat Rudolpho Comiti Palatino, Duciq́ue Bavariæ, qui matrem habebat, alteram filiam Rudolphi Cæſaris. Porro hoc tempore in iuvenili ætate, mortuâ comitis Ruperti vxore, Bohemiæ Regis filiâ, in Germania apud patrem Regem Adolphum Naſſovium quamdiu ipſe Rex in vivis erat, eſt commoratus, ac poſt, vt in quodam prælio auxilium ferret, quondam ſocero ſuo Wecenſlao Bohemiæ Regi, evocatus, commiſſo prælio, in Bohemia manſit, ibidemq́ue in lecto ſuo naturæ lege exſtincto, Chriſtianis & honeſtis exequiis rite factis, corpus in Regum Bohemiæ ſepulchrum eſt illatum, ac iuxtà vxorem collocatum.

Cæterùm Rex Romanorum Adolphus Naſſavius, prout dignitas Regia poſtulabat, Chriſtianam fidem progagans, ac veluti patrem & fautorem Eccleſiaſtici ordinis

ordinis ſeſe demonſtrans, in honorē omnipotentis Dei, charæ ſuæ Matris Mariæ, & ſanctæ virginis Divæ Claræ, præcipuè etiam dilectæ filiæ Adelheidi, & ſorori Richardi (quæ ambæ Moguntiæ, Divæ Claræ cænobij ſeptis erant circumſcriptæ) ſimul cum vxore, novum cænobium, nomine Clarendael, ædificandum curavit, quarto imperij ſui anno, à Chriſto vero nato MCCXCVI. die purificationis Mariæ. Adeo vt primus fundamenti lapis ipſo Divi Michaelis die, primo diluculo, ſit poſitus, poſtea ex mandato Regis Adolphi, Ludovico iſtius regionis Tutore, exædificationem Cænobij procurante. Quod deinde Rex Adolphus, eiuſque vxor, Morſpachiis, Byburgenſibus, & Pauperum Quiete, prædiis, dotaverunt, quæ duobus ſelibrarum (marcas vocant) millibus præſentis auri, antea emerant, vt patet ex tabulis & monumentis eâ de re confectis. Duæ autem iſtæ virgines, Adelheidis ſcilicet & Regis filia Richardis, quæ cænobio, apud Moguntinos incluſæ erant, Rege mortuo, in cænobium Clarendalenſe, vna cum ſorore ordinis Agnete Siegeſbergia ſunt trāſvectæ, vt ibi deinceps, tanquā duo primi, viui, & electi angulares lapides Cænobij, & divinæ, & religioſæ vitæ, Deo ſervirēt.

Anno verò MCC. XCVIII. cùm ſeptimum Imperij annum inchoaſſet Rex Adolphus, Albertus Dux Auſtriæ, Regis Rudolphi filius, magnis ad Rhenum ductis copiis, etiam invito Adolpho Naſſavio, ſe Romanorum

Regem

Regem declarari petiit. Quidam autem Septemviro-rum, ac iidem illi, qui Romanorum regem elegerant, Ducem Albertum magnâ humanitate complectebantur: Nempe Gerardus ab Epſteyn Archiepiſcopus Moguntinus, cognatus regis Adolphi, Dux Saxoniæ frater ſororius Alberti Ducis Auſtriæ, Marchio Brandenburgicus eiuſdem Alberti privignus, Rex Bohemiæ, cunctique Albertum ſuis iuvabant copiis. Ac ex mera temeritate, nulla inſtitutâ accuſatione, aut actione, quam tamen in tam magnis negotiis, tempore & loco ſolito, intendi & examinari oportuiſſet, Albertum Auſtrium, Romanorum regem deſignarunt, non vt conſuetudo Imperij poſtulabat, Francofurti, verum Moguntiæ in Viuario ſiue horto quo feræ includebantur, prope templum cathedrale, Feſto Ioannis Baptiſtæ, æſtate media. Interea cum electo Regi Alberto, reſiſtere vellet rex Adolphus, occurreretque illi cum ſuis copiis in territorio Wormatienſi intra Gillenheymum & virginum ſacrarum Franciſcanarum cænobium, quod Rooſendael vocant, ab Alberto & ſuis, vtpote cui multo potentiores erant copiæ, eſt cæſus. Corpuſque eius in eodem Cænobio eſt humatum, vbi ſitum fuit, quamdiu imperavit Albertus, qui poſtea decimo imperij ſui anno Kalendis Maij, à germani fratris filio Iohanne Auſtrio in territorio ſuo & arce Habſpurgenſi, eſt interemptus: adeo vt pretium pro meritis in Adolphum tulerit, &

eadem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

eadem menſura mercedem receperit.

Mortuo rege Alberto, nobilis, fortis, integer, & ſapiens comes Henricus Lucelburgius, rex Romanorum cunctorum ſuffragiis eſt declaratus. Integer iſte Rex Adolphi regis corpus Roſendalij iuſſit erui, & Spiram, ad communem regum Romanorum, ſepulturam traduci, vbi Cæſare Henrico, vna cum vxore Regina Margarita, funus Adolphi proſequente, honeſtis & celebribus iuſtis perſolutis, eſt inhumatum. Divinaque providentia eſt conſtitutum, vt corpus Alberti regis, quod aliquamdiu in vrbe, qua interemptum erat, inſepultum iacuerat, pridie Spiræ ſepeliretur.

Porro nobilis iſte Rex Henricus Lucelbergius, optimè imperium ſed (proh dolor) non amplius quinq. annis adminiſtravit, quippe qui à Monacho ex ordine prædicatorum, nomine Bernardo de monte Policiano, ſacroſancti ſacramenti veri corporis Ieſu Chriſti, pane venenato eſt ſublatus. Et hoc modo probus iſte Rex ex hac terra in cælum migravit.

Atque hæcce ad perpetuam rei memoriam ſcripſi Frater VVernerus à Saulheym anno Domini M.CCC. & XIIII. Verum ne ingrati ſimus, cunctos, qui hæc legent, oratum volo, vt Deum, charamq́ eius matrem virginem æternam, pro ſupra à me nominatis, & conditoribus, eorumq́. animabus fundere preces fideliter velint, & recitare Pater noſter & aue Maria. Amen.

H. GRO-

H. Grotii
Epigramma in orationem
N. Kinschotii
De laudibus Mauritii Nassovii.

Cara bono ſoboles non inficianda parenti,
Ingenio certum teſtificata patrem,
Quid tibi dicemus, qui primis auſus ab annis
Iſta, quibus multi ſuccubuêre ſenes?
Nam duo tu facto miracula iungis in uno,
Singula quæ poſſent exſuperare fidem.
Dicis enim primo ſub limine puberis ævi,
Quæ nequeant magnos dedecuiſſe viros.
Talis erat Cicero, (tua nunc iuvenilibus annis
Quem nocturna terit, quemq́ diurna manus:)
Qui coniuncta toga Demoſthenis arma virili
Cùm caperet, primo tempore magnus erat.
Sed non MAVRITI *laudes ætate ſub iſtâ*
Dixerat: hæc uni gloria parta tibi.
Auriacum vellet quoties quis dicere, dixi,
Vel ſapit ultrà hominem, vel nihil ille ſapit.
Mira quidem res eſt Naturæ vincere leges,
Ut juvenis faciat vix facienda ſeni:
Sed magis eſt mirum quenquam iuvenêmve ſenémve
Naſſovium meritâ laude beare Ducem.
Quis non attonitus legat hæc, ſtupeátque revolvens
Tam benè, tam juvenem dicere, tam gravia!
Sic ſine materiâ miraclo ſufficit ætas,
Quâ ſine materies plus ſatis una daret.
Nec melius quidquam potuiſſet Principe dici,
Nec melius quiſquam dicere KINSHOTIO.

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 1143